ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Si in cõmiſſum. Uide Bal. in l. in minorum. in fi. C. in
quib. cauſ. in integ. reſtitu. ⁊c. ⁊ in l. ſi tutor. C. de admi. tu. et vi
de Bald. inducentem ad q. in l. pupillorũ. in fi. C. de repu. here.
b P. PAV. P. ¶ L. Imperatores. Uide ibi ad Bar.

## §. Aduerſus.
Aduerſus libertatem minor nõ re-
ſtituitur, niſi a principe ex cauſa, ſed
ad cetera damna contra manumiſſum in actione de dolo ſuccur
ritur. hoc dicit.

LEX XII.

# Verum eſt vel dolo.

## §. Sed ⁊ nemine.
Aduerſus manu-
miſſum cõpetunt
actiones in rem pro rebus in ſeruitute diſtractis, nõ actiones
ex delicto.

## §. Quod ſi minor
Aduerſus libertatatẽ iam
cõpetẽtẽ minor nõ reſtitua
tur, ſȝ aduerſus competituram ſic. h. d.
1 ☞ Recuſare tutelam ſuſceptam quis non poſſit.
2 Iudex ſi cõmiſit cauſam conſulendam, conſilium datur ſucceſſo
ri, ſi officium conſulentis expirauit.

## §. Ex facto.
Aduerſus ſñiaȝ ipſo iure nullã, minor
non reſtituitur, ſed res in priſtinuȝ ſta-
1 tum reducitur per iudicẽ competentem. h. d. No. † ꝙ ſuſceptaȝ
tutelã quis nõ poteſt recuſare, niſi in caſibus iſtis, ⁊ alijs addi-
tis in gl. quã vide ⁊ ſigna. ¶ Secundo no. ꝙ lȝ cauſam conſulẽ
2 dam † cõmiſerit iudex, ⁊ ante datum conſiliũ eius officiũ expira
uit, cõſiliũ tñ poteſt dari ſucceſſori. Et ſic videbitis, ꝙ Impe-
rator qñqȝ nõ reſpondet ei qui ipſum conſulit, ſed ſucceſſori
eius. ¶ Opp. ꝙ iſta ratio ſit mala: nã licet non ſit contractum
cũ minoribus, eſt tamen cũ eis litigatum, ergo reſtituuntur. l.
ait pretor. §. Pomponius. ȝ. eo. vbi ſufficit quocũqȝ modo cuȝ
minore ſit geſtum. Sol. qd hic dicitur, non eſt cõtractũ, ſubau
di, nec aliquod factũ, propter qd debeat dari reſtitutio. Erat
enim ſentẽtia executoria nulla, ipſo iure. C. ex falſis inſtr. l. j. er-
go nõ datur reſtitutio. l. in cauſe. in prin. ȷ. eo. ⁊ ex hoc apparet
ſol. gl. hic poſite. ¶ Dicitur hic, ꝙ princeps dȝ interuenire, q̃-
ro ad quid? Dicũt quidã ad reſtituẽdũ in integruȝ. Tu dic, ad
reponendum de facto iſtum ad adminiſtrationẽ, ſicut de facto
receſſit. Et ſi dicatur, quare hoc nõ facit preſes prouincie, ſiue
iudex? Reſpond. propter dignitatem, quã iſte habebat, quia
erat procurator fiſci, pretor nõ habebat iuriſdictionem in euȝ,
ideo princeps de neceſſitate aditur. l. ij. ȝ. de in ius voc.
1 ☞ Limitatio ad l. j. C. ſi aduer. ſolutionem.
2 In libello reſtitutionis in integrum quid exprimendum ſit.

## §. Sciendum.
Hic Iuriſcõſultus exponit verba
edicti, q̃ dicunt, Utiqȝ que ea res
erit, ⁊c. ⁊ hoc intẽdit. Reſtitutio ex hoc edicto concediẽ cã co-
gnita, hoc eſt, ſi eſt minor, ⁊ leſus fuit facilitate, ſec9, ſi caſu for-
a tuito. a h. d. qd no. Opp. ȝ. eo. l. ait pretor. §. j. C. ſi aduer. ſolu. l. j.
vbi dr, ꝙ ſi res ſoluta minori perit, reſtituitur. Solu. intellige,
qñ perit ſui facilitate, nõ caſu fortuito. Qd no. q2 eſt bona limi
tatio illarũ legũ. Et iſta eſt vera, licet alij aliter ſoluant. ¶ Et
no. qd habes principaliter probare in reſtitutione in integrũ.
2 Sed quero, † an in libello ſufficiat hoc exprimere generaliter.
ſ. me, ⁊ minorem, ⁊ leſum mihi facilitate in tali cõtractu, an hẽat
neceſſe exprimere ꝙ deceptio fuit in hoc, qd ſic bonus paterfa-
milias non feciſſet. Reſpondeo, habetis tex. in l. minor autẽ ma
giſtratus. ȝ. eod.

ADDITIO.

a POMA. ¶ Caſu fortuito. Adde quod in ſimili voluit Bald. l.
ait ptor. §. fi. ȝ. e. ⁊ l. fi. C. de legi. ⁊ ponit Peruſi. in rub. de app.
1 ☞ Priuilegiatus qñ poſſit vti priuilegio ȝ priuilegiatum.
2 Minor ſi credebat alium minorem maiorem, an reſtituatur.
3 Etatis priuilegium eſt potentius quam priuilegiũ, quod cõce
ditur filiofamilias.

## §. Item queritur.
Si ſint duo priuilegiati
pari priuilegio, pferẽ ille,
q certat de dãno vitãdo, ſȝ ſi vterqȝ certat de hoc, potior eſt cã
rei, ſȝ ſi ſint priuilegiati diſpari priuilegio, priuilegium poten
1 tius preponiẽ. h. d. cũ l. ſeq. ¶ No. ꝙ † dixi in ſummario, ſcilicet,
an priuilegiatus poſſit vti priuilegio cõtra aliũ priuilegiatũ:
de quo in auẽ. quas actiones. C. de ſacroſanc. eccl. ⁊ ibi per doc.
a tamẽ tex. hic eſt melior quam alibi. ¶ Opp. gl. ⁊ videtur a, ꝙ mi
nor nũquã reſtituaẽ aduerſus minorem. Aut enim ille, contra
quem petiẽ reſtitutio, locupletior factus eſt, ⁊ tunc tenetur de
iure cõi. l. iij. ȷ. commo. ⁊ ſic reſtitutio nõ competit, aut non eſt
factus locupletior, ⁊ reſtitutio denegaẽ, vt hic. Sol. dicit gl. po
ne eũ locupletem, tñ reſtituiẽ propter alia pacta ⁊ dilationes
appoſitas in contractu. Itẽ potes ponere exemplũ in quocun
que alio ȝtractu, pterquã in mutuo, vt ſi minor vẽdidit minori
rem, quã nõ expediebat vẽdere, vel alio modo cũ eo contraxit.
2 ¶ Querit gl. † qd ſi minor vnus alium credebat eſſe maioreȝ?
Certe dicit gloſ. ⁊ bene, hoc nõ eſt aduertendũ, neqȝ curandũ.
Ueritas enim inſpiciẽ. Quod intelligo in minore xxv. annis.
l. minor xxv. annis. addito pñde ex aſpectu. ℣. plane. ȷ. hoc. e. tit.
Et ver. plane b no. † ꝙ priuilegiũ etatis eſt potentius. quaȝ pri
uilegium, quod competit filiofamilias per Macedonianum.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Et videtur. Adde tex. in c. auditis. de reſti. in inte.
b AND. BARB. ¶ Ex ver. plane. Et vide Bar. in conſi. ccxxix. v-
trũ priuilegiatus, iniuriatus, vtaꝛ priuilegio aduerſus priui-
legiatum, inci. in queſtione mihi propoſita.

LEX XIII.

a **S I apud.** [a] Not. ꝙ priuilegiũ etatis eſt potẽ
b tius [b] priuilegio Velleiani, non tñ
ſuperat ipſum intantum, inquantuʒ ſuperat haben-
tem Macedonianum, ⁊ videbitis hic. Naʒ in illo non
diſtinguitur, hic autẽ diſtinguitur, vtrũ reus pricipalis ſit ſol
uendo vel nõ. ¶ Queriꝛ vtrũ iſta diſtinctio, que poniꝛ in iſta
l. que diſtinguit, an debitor ſit ſoluendo vel non, intelligatur ſi
fuit ſoluendo ab initio, vel qñ. Hug. intellexit, qñ deſijt eſſe ſol
uẽdo ex poſtfacto, ſecus ſi ab initio, qꝛ tũc mulier non tenetur
vltra ꝙ̃ reus. qđ gl. noſtre nõ placet. Jac. buc. ſuſtinebat opin.
Hug. Nã hic nõ queriꝛ, vtrũ ille, qui nõ eſt ſoluẽdo, poſſit dare
fideiuſſorẽ, vel nõ, ſʒ queritur, an per interceſſionẽ mulieris mi
nor ſit leſus, vel nõ, ita ꝙ reſtituaꝛ aduerſus eã, vt non poſſit
operari auxiliũ Velleiani. Sʒ eo caſu qñ ab initio non erat ſol
uendo, debitor minor nõ lediꝛ per interceſſionẽ mulieris, ideo
mulier poterit opponere exceptionem Velleiani. Ego credo
gl. melius dicere. Nã qñ debitor ab initio nõ eſt ſoluendo, tunc
creditor non deſiderat fideiuſſorem idoneum. Nõ enim contra
heret cũ illo ſimplici debitore. ĩ. l. proxim. ⁊ l. quoties. qui ſatiſ
da. cogan. ideo per interceſſionem mulieris decipitur, ⁊ ſic mi
nor iuuatur ꝯ eũ, vt nõ poſſit opponere extra exceptioneʒ Vel
leiani.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Si apud. Vide text. in l. cetera. §. ſed ⁊ ſi quis. ⁊ ibi
Pau. ponderat, ⁊ Aret. de leg. j.
b ALEX. ¶ Eſt potentius. Sʒ Bar. in l. maritũ. in fi. ſolu. ma. te
nuit, ꝙ hoc nõ eſſet propter priuilegiũ etatis inductũ pro eo,
qꝛ hic tractabat de dãno euitãdo, ideo in pari cauſa melior eſt
cauſa tractantis de damno, ꝙ̃ tranctantis de lucro. Ita intelli
git iſtũ tex. Bar. quod not. ⁊ qñ priuilegiatus vtatur priuile-
gio cõtra priuilegiatum, vide Bar. poſt Cy. in auꝛ. quas actio
nes. C. de ſacroſanc. eccl.

LEX XIIII.

**I N cauſe.** Minor reſtituiꝛ, non aũt fideiuſ-
ſor eius. Item reſtituiꝛ aduerſus
principalem creditorem ⁊ aduerſus fideiuſſorẽ actio
ne mandati agentem. h. d. ¶ Oppo. gl. de l. cũ princi-
palis. ĩ. de reg. iur. ⁊ ſol. vꝛ in gl. l. iiij. §. ſed vtrum. ſ. e. ⁊ l. ij. C. de
fideiuſ. mino.

**§. In ſumma.** Proſequitur eandem materiã, et
declarat aliqualiter p̃cedẽtia, non
autem ponit nouum caſum.

a **Cauſa autem cognita.** [a] In his, q̃ fiunt
cã cognita, req-
riꝛ ꝙ pars ſit preſens, vel per contumaciã abſens. h. d. ¶ Not.
1 qđ dixi in ſummario. ¶ † Sed queriꝛ [b], vtrum in cauſa reſtitu-
b tionis in integrũ poſſit perueniri ad diffinitiuã ſñiam, lite non
conteſtata. Tex. videꝛ hic ꝙ ſic. De quo plene per doct. C. ſi vt
2 ſe ab here. abſti. auꝛ. ſi omnes. vt ibi p Cy. in vlt. q. ¶ Itẽ que-
ro, vtrũ in cauſa reſtitutionis in integr. debeat dari libellus?
De quo in tex. in c. fi. extra de offi. iud. vbi diſtinguit, aut petiꝛ
principaliter, aut incidenter.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Cauſa auteʒ cognita. Limita ⁊ declara, vt per Bar.
in l. licet. §. ſi cauſa. ĩ. de bon. poſ. P. PAV. P. ¶ Vide Bart. in
l. iiij. §. cauſa cognita. de bo. poſ. vbi limitat habere locum in his
que ſunt magni preiudicij.
b ALEX. ¶ Sʒ queritur. Per Bal. in l. j. in fi. C. ſi aduer. de. tex.
in c. fi. de officio iudicis.

1 ☞ Reſtitutio in integrũ eſt in rem ſcripta, ⁊ ideo daꝛ in ſubſi-
dium contra tertiũ, cum diſtinctione tamen.
2 Poſſeſſor tertius qualiter conueniendus ſit.

a **Interdum.** [a] In integruʒ reſtitutio eſt ſcripta in
rẽ, ⁊ ideo daꝛ in ſubſidium contra eũ,
ad quẽ res peruenit, lʒ cũ minore nõ cõtraxerit. h. d. cũ duob⁹
1 §§. ſeq. ¶ No. ergo † ꝙ iſta reſtitutio eſt in rẽ ſcripta, ⁊ iõ daꝛ
in ſubſidium contra eum, ad quem res peruenit, non tamẽ ſim-
pliciter daꝛ contra tertiũ poſſeſſorẽ, ſed cũ diſtinctiõe. ¶ No.
ꝙ quãdo poſſeſſor terti⁹ ignorauit, dʒ precedere diſcuſſio prio
ris ꝯhentis. ¶ Not. diſtinctiones, que hic ponunꝛ. ¶ Quero
2 practicam, † qualiter agetur contra iſtum tertium poſſeſſoreʒ?
Juriſconſultus hic ponit duplicem modum. Primo, ꝙ in inte
grum reſtitutio directo proponatur contra iſtum tertiuʒ poſ
ſeſſorem, ibi, dum dicit, ⁊ hoc vel cognitione pretoria. Secundo
modo, vt petaꝛ reſtitutio contra primum emptorem, ⁊ po[...]
reſciſſo cõtractu in hoc iudicio, tũc agetur rei vẽdicatione [...]
tra poſſeſſorem. Et hoc eſt, qđ dicit tex. vel reſciſſa alienatio[...]
dato in rẽ iudicio. Ad vnũ tamen aduertendũ eſt, ꝙ hoc [...]
mo caſu quãdo reſtitutio poſtulatur cõtra primũ empto[...]
dʒ citari poſſeſſor, qꝛ eius intereſt. Ita dꝛ gl. in l. cũ miles [...]
ĩ. tit. ij. Facit ſ. proxi. §. dum dicit, preſentib⁹, vel citatis a[...]
ſarijs, hoc eſt, omnibus, quorum intereſt. ſ. de adop. l. nã [...]
uus. ⁊ no. in d. l. cum miles, §. j. ſ. ti. ij.

ADDITIO.

a AND. BARB. ¶ Interdum. Et iſtũ text. voluit allegare [...]
Ant. in c. pe. de dona. Joan. de Jmol. ibi, iſtũ tex. allegau[...]
ꝯhens cũ eo, qui põt reſtitui in integrũ, nõ habet titulũ [...]
ſit preſcribere. Sed iſte tex. non probat, ꝙ habeat titulũ [...]
ſtum, ſed dicit ꝙ nõ habet bonam fidem, vide tex. in l. ſi quis
ſciret. de vſuca. pro emptore. P. PAV. P. ¶ Vide Alexã. cõ[...]
xcij. vol. j.

LEX XVII.

1 ☞ Dolus dans cauſam contractui bone fidei, reddit ipſuʒ nul[...]
lum ipſo iure.
2 Reſtitutio in integrum eſt officium iudicis, ⁊ non actio.
3 Reſtitutio in integrum competit etiam ei, qui tutus eſt op[...]
ceptionis.
4 Dolus ſi dederit cauſam contractui bone fidei, poteſt dece[...]
ex eo agere.
5 Contractus, qui eſt ipſo iure nullus, tenet ex parte decepti.
6 Judicis officium quomodo concurrat cum auxilio ordinar[...]

a **I N cauſe.** [a] Auxiliũ extraordinariũ [b] in ſ[...]
b diũ introductum nõ cõcurrit c[...]
1 ordinario. h. d. No. qđ dixi in ſummario. ¶ † Se[...]
do no. ꝙ quando dolus dat cauſam cõtractui bo[...]
dei, contractus eſt ipſo iure nullus. Dixi plene in l. ⁊ elegãt[...]
in prin. ſ. tit. j. ¶ Op. ĩ. proxi. §. Sol. vt ibi ſtatiʒ dicã. ¶ Ci[...]
2 princ. iſtud † q̃rit gl. vtrũ in integrũ reſtitutio ſit actio vel o[...]
ciũ? Mar. Sil. dicebat ꝙ eſt actio, p iſtũ tex. ibi, aliqua actio.
ſ. e. l. in cauſe. §. interdũ. Jn contrarium eſt veritas, per tex. l.
ꝙ ſi minor. §. fina. ĩ. eo. Scđo per rationẽ, q̃ ſumitur ex doctri-
na, quã dedi in l. j. ĩ. de cõdi. ex lege. qñ verba legis diriguntur
ad iudicẽ, tũc oritur officium iudicis, nõ actio. l. j. in princi. ĩ. de
colla. dot. ⁊ l. iiij. ĩ. de ali. ⁊ ciba. leg. C. de col. l. ſi ſorori. ⁊ ibi not.
ita in propoſito verba edicti dicunt, q̃ ea res erit, animadu[...]
3 tã, ⁊ ſic ad iudicẽ referunꝛ, ergo ⁊c. ¶ † Querit gl. * vtrũ re[...]
* tutio in integrũ cõpetat ei, qui tutus eſt [c] ope exceptionis? [...]
c dꝛ ꝙ ſic. ⁊ idẽ tʒ ĩ. pri. §. per l. ſi minor. §. minores. ĩ. eo. lʒ ſ[...]
* ſit in actione de dolo, vt ſ. titulo. j. l. j. §. ait pretor *. ¶ † J[...]
4 quero dicitur hic ꝙ quando dolus dat cauſam cõtractui b[...]
fidei, eſt ipſo iure nullus. Quid ſi deceptus vult agere ex [...]
tractu? Dico ꝙ põt. l. ⁊ eleganter. in prin. ſ. ti. j. Sʒ quid ſi [...]
d ceptus agit [d], nunquid decipiens poterit agere? Glo. dic[...]
nõ, quã no. per l. ſi in emptione. §. item ſi emptor. de ꝯhẽ. c[...]
quod no. Ego puto cõtrarium. Nam agendo videtur appro[...]
re cõtractum, ⁊ ſic dolus purgatur. l. ij. C. quod met. cau. ⁊ l.
ĩ. de condic. ob tur. cau. Non ob. §. item ſi emptor. qꝛ ibi erat [...]
fect⁹ ex parte rei vẽdite, qꝛ erat inalienabilis, hic ex parte [...]
ſenſus, merito poteſt purgari, vt dixi in l. ⁊ eleganter. in p[...]
5 ſ. titu. j. ¶ Item quero, quando † cõtractus eſt ipſo iure n[...]
vtrum ſtatim teneat ex parte decepti? Gl. tenet. ꝙ ſtatim [...]
ctus tʒ, in l. ⁊ eleganter. in prin. ſ. tit. j. ⁊ illa videtur verior [...]
6 leges quas allegat. ¶ † Vltimo no. materiam huius princ[...]
vtrum officium iudicis concurrat cum auxilio ordinario? [...]
tetigit in l. j. §. per hanc. ĩ. de rei ven. Doc. ⁊ ego plene in l. in[...]
uinciali. ĩ. de ope. noui nunt.

ADDITONES.

a ¶ In cauſe. Pro concordia aduerte, quod vbi minor tutus [...]
ope exceptionis de iure communi aduerſus aliquam obliga[...]
nem, ipſe minor nõ poteſt petere reſtitutionem in integ. Bar. [...]
in l. ij. C. de filiofa. mino. ſed contrariũ tenere allegatur Bar. in
l. iiij. §. ſed vtrum. ſ. eo. titu. de minorib. ⁊ in hac. l. in cauſe. ſolue[...]
do facienda eſt differentia quo nomine conueniaꝛ, vt per Bar.
in d. l. ij. vel melius Bar. in hac l. in cauſe. loquitur in caſu l. ſi mi[...]
nor. §. minores. hoc eo. tit. vbi dicitur, ꝙ minor compromittẽs
poteſt in integrum reſtitui, quod intelligit ibi Bar. ſcilicet, ꝙ [...]
compromiſit in arbitrum, a quo non poteſt appellari, ergo [...]
ceſſat remedium ordinariũ, ſʒ licet Bar. referat gl. non tamẽ [...]
lud expreſſe firmat: preterea ſi eſt contrarius referendo ad [...]
lum caſum, vt ſ. poſſet etiam aliter ſolui ſecundum eum, vt a[...]
firmatiua procedat, quando reſtitutio datur iure actionis, [...]
gatiua vero, quando datur officio iudicis.
b P. PAV. P. ¶ Ordinarium. Quatuor limitationes ad iſtam [...]
ponit Panor. in c. ex parte. ad fi. extra de reſcrip.

ALEX. ¶ Qui tutus eſt. Singularis eſt ſm Jmo. in l. diuus.
de re iudicata, late per Sali. in l. j. C. de filiofa. mino.
CLAV. ¶ Ait pretor. Item ſecus eſt replicatione, vt eſt gl. quã
ibi ſingulariter põderat Alex. in l. de tutela. C. de in integ. reſt.
ALEX. ¶ Deceptus agit. Bar. in l. bona fides. de act. emp. fir
mat iſtã glo. quam hic reprobat.

1 ☞ Fideiuſſor minoris reſtituitur ex minoris perſona.
2 Reſtitutio in integrum concurrit cum cõdictione indebiti, vel
ſine cauſa.

a **§. Pomponius.** a Cõdictio indebiti vel ſine cau
ſa reſtitutionem non impedit.
h. d. ſecundum vnam lec. vel eã impedit ſecundũ aliã. ¶ Op. de
principio huius l. ad iſtum. §. Solue, dicunt quidam ibi loqui,
cum quando quis eſt ipſo iure tutus, tunc non eget reſtitutiõe.
Secus ſi per viam actionis, vt hic. Et ita videt hic velle Juriſ
cõſultus. Sed iſtud videtur contra prin. huius l. dũ dicit, for
te aliqua actio, &c. & j. eo. l. cum mandato. Huius timore dr Jo.
qd hic verſi. ſed & illud. corrigit precedẽtia. q. d. non eſt verũ qd
cõpetat in integrum reſtitutio, quia habet locum alia actio or
dinaria. Sed contra Jo. op. de l. fi. C. de fideiuſ. mi. gloſſ. ſoluit
primo quod illa lex poteſt intelligi, quando dolus incidit in cõ
tractum, tunc cõtractus non eſt ipſo iure nullus, & tunc ſuccur
ritur minori per actionem ex eo contractu, fideiuſſori vero non
poteſt ſuccurri per actionẽ ex eo contractu, q2 ipſe nõ emit, vel
vendidit, vnde neceſſe eſt, quod ſibi ſuccurratur per reſtitutio
1 nem in integrum. ¶ † No. ergo q fideiuſſor reſtituitur ex per
ſona minoris, lz ipſe minor non reſtituatur, quia iure commu
ni eſt tutus. Sed contra hoc oppo. q2 fideiuſſor põt habere re
greſſum contra minorem, vt ſibi cedat actionem, ergo etiam fi
deiuſſori denegabitur reſtitutio. Sol. regula poſita in prin. p
cedit quando competit contra eundẽ, ſecus ſi cõtra diuerſos.
l. etiam. C. ſi tut. vel cura. interue. dicam in l. cum mãdato. j. eo.
Secundo poteſt intelligi. d. l. quod loquitur, quãdo dolus cau
ſam dedit contractui, & ſecuta eſt traditio, vnde minori ſubueni
tur per actionem de dolo. l. & eleganter. in prin. ſ. tit. j. Iſtd nõ
videt verũ. Nam ſi dolus dedit cauſam contractui, minor ipſo
iure nõ tenet, ergo nõ põt accedere fideiuſſor. l. fideiuſſor obli
gari. j. de fideiuſ. Item oppo. fideiuſſor habet exceptionem, er
go nõ habet reſtitutionẽ? Solutio, Exceptio nõ excludit iſtd
auxilium. ¶ Item op. de l. i. C. ſi aduer. fiſ. Solue vt gl. ¶ Itẽ
2 opp. de l. Emilius. j. eod. Sol. vt ibi dicam. Concluditur † ergo
ex predictis. q iſtud auxilium nõ cõcurrit cum conditione in
debiti, vel ſine cauſa, quod videtur contra iſtum tex. Et iõ pu
tarem ſic dicendum, Per cõdictionẽ indebiti, vel ſine cauſa agi
tur, vt quis cogatur liberare ab obligatione, quam ipſe recepe
rat. Per in integrum vero reſtitutionem agit, vt iudex ipſe re
ſcindatur, & ſi competat ad diuerſa merito poſſunt concurrere.
Vel dic, q non concurrunt cum alia actione, ſcilicet ſpeciali, ſz
cũ generali ſic, ſed condictio indebiti, vel ſine cauſa, eſt genera
lis, ideo poteſt cum ea concurrere, ſicut actio de dolo, vt not. in
l. & eleganter. in prin. & l. ſi legatarius. ſ. tit. j. ergo, &c.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Pomponius. Vide de iſto tex. ſing. Pau. de caſt. in
l. Titia cum teſtamento. §. Titia. de le. ij. in lectura Paduana.

a **§. Idem Pomponius.** a Iſte §. cõtinua
tur ad ſuperio
ra, ideo nõ indiget ſummario. Intellige dũmodo abſit dolus, &
* nõ ſit deceptio vltra dimidiam iuſti pretij, * hoc dicit.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Idem Pompo. Adde no. in c. in ciuitate. de vſur.
POMA. ¶ Adde q diſpoſitio hui9 §. nõ pcederet in foro cõſciẽ
tie. Ita Bald. c. cauſam que. el ij. de teſtib. P. PAV. P. ¶ Circa
regu. huius §. q ſit licitũ 3hentibus ſe inuicem decipere, vide
Jaſo. in l. pen. C. de pac. & latiſſime Barba. conſi. lxvij, vol. iiij. in
j. dub. vbi etiam ponit quid in foro conſcientie.
* CLAV. ¶ Iuſti pretij. Itẽ intellige inter laicos, ſecus eſt in p
ſonis eccleſiaſticis, vt dr gl. in c. j. §. hoc ius porrectũ. x. q. ij. que
reputat ſingularis, quã etiã ſequunt Butr. & Panor. in c. in ci
uitate. d vſur. vide plene Cepol. in tract. cõtr. ſimul. i ij. pſumpt.

**§. Nunc videndum.** Qui habẽt merũ & mi
ſtum imperiuz poſſunt
in integrũ reſtituere, etiam cõtra ſuam ſententiam, & minor iu
dex nõ põt reſtituere, cõtra ſententiam maiorũ. h. d. cũ lege ſe
quenti. ¶ Opp. de l. ea que. §. magiſtratibus. j. ad munic. Sol.
qd hic dr, alij magiſtratus, intellige de magiſtratibus habenti
bus merum & miſtum imperium, ſecus in alijs magiſtratibus
& defenſoribus ciuitatum, qui non poſſunt in integruz reſtitue
re. Vide gl. iſtud, quod dicit de defenſoribus ciuitatum, hodie
eſt immutatũ p Italiã, qm ſunt multe ciuitates, q̃ habẽt immu
nitatẽ, & merũ & miſtũ imperiũ ex cõſtitutione Federici Impe
ratoris, alie ex vſurpatiõe, vt no. in aut. de defen. ciui. §. iuſiu
randũ. in fi. gl. magne. ¶ Opp. C. vbi & apud quẽ. l. fi. vbi dr, qd
in integrũ reſtitutio cõpetit iure magiſtratus. Gl. ponit du
plicẽ ſol. illa tz, q iura hodie ſint correcta, ſiue immutata, q q
libet magiſtratus poſſit hodie reſtituere fauore minoris. Op
a po. vlterius a q nõ ſemper allegat turpitudo, vel iniquitas ſnĩe
p appellationẽ, imo fiũt noue probationes. l. eos. C. de app. & l.
j. j. de app. Rñ. q ſemper allegatur iniquitas ſnĩe, nõ tñ iniqui
tas iudicis. Et intelligatis ſnĩam iniquã ſm veritatem, lz ſit e
qua ſm acta prime cauſe. Item hoc intelligo in ſnĩa diffinitiua,
in interlocutoria ſemper dz appellari ab iniquitate iudicis, vt
dixi ſ. in l. ait pretor. §. pmittit. ſ. e. ¶ Opp. q minor magiſtra
tus reſtituitur aduerſus maiorẽ. l. iij. C. ſi aduer. rẽ iud. Solu.
ibi ponit nomẽ pſidis pro quolibet habente iuriſdictionem.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ Opp. vlterius. Adde q lz iudex nõ poſſit cogno
ſcere cãm appellationis a ſnĩa quam tulit, bene tamen poteſt
adiri ſuper nullitate. vide Com. conſi. xxxvj. incip. Pompo.

LEX XIX.

1 ☞ Libellus in remedio reſtitutionis in integrum quod cõti
nere debeat.
2 Minor reſtituitur etiam poſt ſententiam, qñ omittit allegare.

**Minor autez magiſtratus.**

a **§. Si autem.** a Aduerſus ſnĩam princi
pis non admittit quis ad
* petendã reſtitutionẽ * in integrũ, niſi ex cauſa omiſſe allegatio
nis, vel procurationis aduocati. Item ſolus princeps reſti
tuit aduerſus ſuã ſnĩam, & ſui delegati. h. d. ¶ Ex iſto tex. not.
1 † mirabile, quod in libello reſtitutiõis in integrũ ſufficit, q qs
dicat ſe minorẽ & leſum ſui facilitate, nec eſt neceſſe, q exprimat
particulariter cãm leſionis, ſeu articulũ in quo fuit leſus. l. ve
ro. §. ſciendũ. ſ. eo. tit. l. qd ſi minor. §. non ſemper. j. e. Fallit cũ
petitur reſtitutio aduerſus ſententiã principis, q2 tunc libell9
debet particulariter articulate continere cauſaz, in qua fuit le
ſio ſeu deceptio, vnde in alijs cauſis, q in cauſis per principem
cognitis, videtur q generaliter admittat, vt hic, qd no. ¶ Itẽ
no. q ſi allegatio, vel appellatio eſt omiſſa, nõ ſolũ põt minor re
ſtitui añ ſententiã. l. minor xxv annis. j. eo. ſed etiam poſt ſen
tentiã, vt hic, qd nõ eſt, ideo q2 ſnĩa leſit minorẽ (fuit em̃ iuſta ſz
actitata.) ſz iõ petit 3 ſnĩam reſtitui, q2 allegatiões omiſerit, vt
hic, quod not. Habes ergo qualis dz eſſe narratio hic in libello
2 reſtitutorio. Qualr † añt libell9 debeat cõcludere, cũ petit re
ſtitutio aduerſus ſnĩam, dixi in l. diuus. ſ. de in integrum reſti
tutio.

ADDITIO.

a AND. BARB. ¶ Si añt. Adde Bar. in l. interdũ. j. de cõd. indeb.
Fallit tñ aduerſus ſnĩam, vt hic. Inn. in c. auditis. extra. de in
integ. reſt. allegat hãc l. propter rõnem omiſſaz admittitur mi
nor ad probãdũ poſt didicita, & publicata teſtificata. Vbi om
nino vide qd procedit ſm eum ibi, facta diligenti inquiſitione,
q eccl̃ia nõ facit in fraudẽ, poſtq didicit teſtificata, alias nõ ad
admitteretur. quod ſingulariter no. ſm Mod. ibi. Sed non de
bet cadere ſuper iſta l. ſz in l. minor. j. eo.
* CLAV. ¶ Reſtitutionẽ. Vide ad ampliationẽ huius legis q
no. dicit Alex. in l. nam poſtea. §. ſi minor. j. de iureiur.

**§. Sed & Proſennio.** No. q lz in vna cauſa
nõ liceat tertio puo
care, tñ poteſt peti poſt duas ſententias in integ. reſti. ¶ Op
po. qñ ſnĩa eſt lata per preuaricationem aduocati, eſt ipſo iure
nulla, & ſuccurritur. l. j. C. de aduo. diuer. iudi. Glo. dat plures
ſol. Dicas q ibi loquitur, quando aduocatus fuit corrupt9 pe
cunia, ſi autem precibus, ſententia eſt aliqua, ſz eget reſtitutio
ne. ¶ Opp. q legatus etiam poſſit reſtituere aduerſus ſuã ſen
tẽtiam. l. aduerſus. C. ſi aduer. rem iudi. Sol. dicit gl. cõcedo, q
ſolus princeps reſtituit vel delegat9 ab eo. Alij doc. quos Cy.
refert in contrario tenẽt cõtra. Sed dictum gl. placet maxime
hodie, per l. fi. C. vbi & apud quem.

**§. Non ſolum.** Reſtitutio tranſit ad heredẽ, & ſi
quidem eſt heres minor, nõ currit
tempus reſtitutionis, niſi finita minori etate. hoc dicit, cũ l.
ſequenti.

LEX XX.

1 ☞ Reſtitutio in integrum an tranſeat ad heredes.
2 Heres quando ſit melioris conditionis, quam defunctus.

3 Reſtitutio in integrum intra quantum tempus peti debeat, & an currat ipſo iure, nu. 4.

1 **INterdum.** Summata eſt ſ. pxi. §. ¶ Oppo. † ꝙ reſtitutio in integrum nõ trãſeat ad heredem, q2 beneficium perſonale, &c. l. q2 tale. j. ſolu. mat. Sol. Dicit Dy. in c. priuilegiũ perſonale. extra de reg. iur. lib. vj. ꝙ cauſa reſtitutiõis nõ eſt pñcipaliter fauor perſone, ſed eſt deceptio, ſiue leſio, nõ mirũ ſi trãſit ad heredẽ. Vide quod dixi in l. non ſolum. s. de in integ. re-
2 ſti. & infra ſolu. matri. l. qui tale. ¶ Scdo oppo. † q2 non dz eſſe melioris cõditionis heres, quã defunctus. l. non debet. j. de reg. iur. hic dicitur contrarium, quare male. Sol. illud verũ, inquãtũ heres nititur iure hereditario, ſed hic heres ex ſua perſona, q2 minor, nõ q2 heres, conſequitur vt tempus ſibi non currat. Diſtingue ergo ꝙ quandoqz maior ſuccedit minori, quandoqz minor maiori, quãdoqz minor minori. Qui caſus omnes
3 ponunt hic in tex. Dic vt in glo. ¶ † Quero, quod tempus dat ad petẽdũ reſtitutionẽ in integrum? Tex. hic videtur dicere ꝙ annus vtilis. Gl. diſtinguit notabiliter hic. aut minor leditur in tempore, & tunc ſi quidem tempus eſt maius quadriẽnio, habebit quadriennium, ſi minus, tantum tempus habebit, quãtũ eſt illud, in quo leſus eſt. Aut ledit in contractu, vel quaſi & tũc
a ſemper hz quadriennĩũ. Iſtud quod hic dicitur, [a] quando leditur in minori tempore, iſtud ſolũ datur intelligi ad petẽdã ſeu inchoandã in integrum reſtitutionẽ, nõ ad eam finiendã, vt habuiſtis in l. diuus. & l. vlti. de in integ. reſti. Dicemus in l. ab hoſtibus. §. ſz quod ſimpliciter. j. ti. ij. & vide Cle. j. de reſti. in inte.
4 ¶ † Vltimo quero, vtrũ iſtud tempus, quod datur ad petedũ
b reſtitutionem[b], currat heredi minoris ipſo iure, licet reſtituatur, an vero currat durante minoritate? Super queſtiõe iſta eſt facta tota gl. magna hic poſita, finaliter determinat ꝙ ipſo iure nõ currat. Et hoc ſatis innuit iſte tex. Eſt enim abſurdũ, quod quis petat reſtitutionem ad petendam reſtitutionem.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Qd hic dicitur. Vide in Cle. j. de reſti. in integrum.
b P. PAV. P. ¶ Ad petendũ reſtitutionẽ. Idez dicit Cy. in j. q. Sali. Pan. de ca. & aliĩ, in l. j. C. ſi ſep. in integ. reſti.

LEX XXII.

1 ☞ Abſens ex cauſa neceſſaria tantum, ſi potuit procuratorem dimittere nõ reſtituitur.
2 Illatio non fit ex ſeparatis.
3 Bannito non debet concedi ſecuritas, eo caſu, quo poteſt per procuratorem comparere.

a
1 **PApinianus.** [a] Abſens † ex cauſa neceſſaria tm̃, non reſtituit ſi potuit procuratorẽ dimittere, & nõ fecit. h. d. ¶ Not. ꝙ dixi in ſummario, de quo plene dixi in l. ſi. s. de in in-
2 teg. reſt. ¶ † Itẽ no. quod in his, que ſunt ſeparata, de vno ad
b aliud[b] nõ infert, vt hic. ibi, quid enim, &c. l. ſi. s. de cal. ¶ Itẽ no.
c ꝙ[c] Old. in quadã q. diſputata dicit, ꝙ hic eſt caſus, † ꝙ banni-
3 to non debet concedi ſecuritas veniendi eo caſu, quo poteſt cõparere per procuratorem. Cum enim Vlpianus reprehendat Papi. in eo qui omiſerit illum caſum, vt preſidẽ, vbi erat, nõ eſt veriſimile ꝙ omiſerit illum caſum de petenda ſecuritate, q2 tũc incideret in id, de quo aliũ reprehendit, ſed quando non poteſt comparere per procuratorem, tunc bene datur ei ſecuritas. l. is qui reus. & ibi no. per gl. & ibi plene dixi j. de publi. iudic. &c.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Papinianus. Vide quid per iſtum tex. dicat Ang. limitando l. ij. §. legatis. j. de iudi.
b P. PAV. P. ¶ Ad aliud. Vide ad iſtud dictũ & ſimilia, Iaſ. in l. iij. §. item Iulianus. in ij. no. j. de eo qd cer. loc. Are. in l. naturaliter. §. nihil commune. in j. no. j. de acqui. poſ.
c ¶ Itẽ no. ꝙ. Adde ꝙ no. in l. j. C. ſi a nõ cõpe. iud. Adde Bal. & vide Inn. pro iſto tex. in c. ij. de procur. & ibi doc.

1 ☞ Reſtitutionis in integrum in cauſa lis conteſtatur, quando agitur contra certum aduerſarium, & qñ principaliter agitur.

**§. Si quis tamen.** Litis conteſtatio non prodeſt poſtea deſiſtente. h. d.
1 ¶ † Not ꝙ in cauſa reſtitutionis in integrum cõteſtatur lis [a].
a qd intellige qñ agitur contra certum aduerſariũ, alias ſecus, vt in aut. ſi omnes. C. ſi vt ſe ab hered. abſti. Item hoc verũ, qñ principaliter ſuper reſtitutione lis cõteſtatur. Secus quando incidenter, vt extra de offi. iud. c. ſi. lib. vj.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Conteſtatur lis. Vide qñ lis cõteſtetur ſupra in integrũ reſti. adde quod no. Imo. & doc. in c. quoniam. §. ſunt aliĩ. vt lite nõ cõte. Et an requiratur libellus, vide s. de reſti. in integ. l. diuus. in ſi. per Bar.

LEX XXIII.

**IN integrum** Hic iuriſcõſultus ẽt [...]bet mẽti pertractare [...] quas queſtiones vſqz ad ſi. & hoc intẽdit. Quãdo [...]nor eſt reſtitutus aduerſus aditionem, geſta per [...] nõ reſcindunt. Item eo reſtituto aduerſus repudiatione [...]ſta per procuratorem nõ irritant. h. d. ¶ Opp. de l. ij. & iij [...] condi. inde. Sol. nõ repetuntur a minore, ſed a legatarus [...] ſibi queritur, licet per minorem non ſint reſcindẽda ſoluta [...] eum. ¶ Quero an per aliuz heredem repetũtur? Dic vt [...]

LEX XXIIII.

a **CVm mandato.** [a] In his, que mi[...]cit vt procurato[...] reſtituitur ad commodũ dñi. Item vbi alia actio [...] petit contra alium, denegatur reſtitutio, niſi ille [...] exiſteret no ſoluẽdo. h. d. ¶ Opp. de l. iij. §. ſed vtrũ. s. eo. S[...] gl. hic ponit multas ſolu. Dicas ergo, fateor ꝙ reſtituit mino[...] inquantũ ipſe eſt obligatus, non autem reſtituitur maior, qui mandauit vel iuſſit, vel alter. Lex contraria loquit qñ minor ſe obligauit iuſſu patris, vel mãdato, nõ obligauit ſe, ſz patre[...] merito ſibi nõ eſt neceſſaria reſtitutio. ¶ Oppo. de l. etiã. C. ſi tut. vel cur. inter. vbi auxiliũ ordinariũ cõpetens contra [...] impedit reſtitutionẽ contra aliũ. Sol. dicit gl. ibi loquit [...] xilio qd competit contra tutorem, qui ex necеſſitate quaſi [...] traxit, hic competit contra procuratorẽ qui mãdatũ ſpõte [...] ſcepit, qui nõ eſt dignus tãto fauore, quanto dignus eſt [...] ¶ Contra hoc opp. de l. in cauſe. §. ſi. s. eo. & qd ibi tetigi ſup[...] gl. Sol. ibi auxilium ordinarium qd competit contra minor[...] vt cedat fideiuſſor actionem, non excludit extraordinariũ [...] beneficium reſtitutionis in inte. & hoc fauore minoris, ſicut [...] proxime dixi fauore tutoris.

ADDITIO.

a AND. BARB. ¶ Cum mandato. Vide gl. in c. ij. de in integ. [...] que aliter loquitur. Vide ibi Ant. & alios.

LEX XXV.

1 ☞ Iudicis officium, per quod petitur in integrum reſtituti[...] poteſt cedi.

1 **QVod ſi minor** Si minor aliena negotia geſſerit abſqz mãdato, poteſt reſtitui, alias ſibi actio denegat, niſi in integrũ reſtitutioni cedere ſit paratꝰ. h. d. ¶ † No. ꝙ [...]ficiũ iudicis, per quod petit in integrum reſtitutio, poteſt [...]di. Simile j. de admi. tu. l. ſi minoris.

**§. Nõ ſemper** Gl. format duo ꝯria. Sol. [...] Geſta cũ minoribꝰ reſcindũ[...] equitas ſuadet, qd eſt quando ſui facilitate minor decipit[...]

a **§. Seruus.** [a] Ad hereditatem repudiataz [...] reſtituit re integra, ſecus rebꝰ [...]ctis per ſubſtitutũ. h. d. ¶ No. pulchrã diſtinctionẽ, aut [...] diſtracta, aut nõ. Opp. C. de repud. here. l. ſi. in ſi. gl. dat [...]res ſol. inter alias ponit vnam, que cõmuniter tenet, ꝙ [...]na fuerint vendita ſeu diſtracta per ſubſtitutum, ibi per [...]tores. Nõ dñie põt eſſe, q2 ſubſtitutus vendidit nomine [...]
b ſuũ negotiũ gerebat, creditores vero vẽdebant[b] nomine [...]ditario tanquam curatores dati bonis. l. j. j. de ra. cu. bo. [...]rito quicũqz heres ſuperuenit, auditur, vel creditores [...]bant nomine eius, ad quem hereditas pertinet.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Sceuola. Facit ad no. q. quam vide per Bal. in l. [...] pillorũ. C. de repud. hered.
b ALEX. ¶ Vẽdebãt. Vide Imo. in l. nam qd. §. ſed & qui [...]diat. poſt gl. infra ad Trebel.

**§. Sceuola.** In integrũ reſtitutio datur cõtra [...]trem vel dñm cum actiõe de peculio [...] de in rem verſo. Item ex dolo datur noxalis. h. d. ¶ No. g[...] hic poſita ſuper verbo, condemnabitur, quod contra filium [...] non poteſt fieri executio. ¶ Item no. in l. iij. §. ſed vtrum. s. eo. quod ibi reprobaui, & contrarium determinaui. ¶ No. diſtin-
a ctionem [a] quod ſeruus vl datur pro noxa, vel verberat. ¶ Que[...]rit gloſſ. cuius erit electio? Dicit gl. quod domini, non mino[...]ris. domi. Iac. Butr. dicebat contrarium, ꝙ imo minoris. R[...] natura actionis noxalis eſt, vt pecunia nõ ſoluta ſuccedat de[...]titio pro noxa. l. miles. §. decem. j. de re iudi. Tu dic vt dixi [...]nius in l. ſed ſi vnius. §. cum ſeruus. j. de iniurijs.

ADDITIO.

a AND. BARB. ¶ No. diſtinctionem. Et ſic luit in corpore, [...] qd no. in l. ſi. j. de in ius voc. & l. j. in ſi. de iniu. & l. ſi. C. de ſep[...] vio. & Bal. in preal. l. ſi. de in ius voc. & vide Cy. in l. ſi non co[...]tij. C. de iniur. in xij. q. ad petitionem cuius debet imponi [...] corporalis, pro qua in tex. & ibi Bal. in preal. l. ſi. & an ſi [...]

poſtea ad pinguioꝛem foꝛtunam, teneatur ſatiſfacere? vide gl.
in l. illicitas. ſ. fi. ſ. de offi. preſi. ⁊ tex. no. in l. ſed ſi vni⁹. ſ. ſi an-
te iudiciũ. de iniurijs. ⁊ Bal. in prealleg. l. fi. Sed an pro cã ci
uili, qui nõ eſt ſoluẽdo, luat in coꝛpus, vide tex. in c. finem liti-
bus. de do. ⁊ cõtu. vbi in caſu illius c. imponitur, ⁊ poteſt eẽ ra
tio propter dolũ ipſius, ⁊ vide tex. v. q. vi. q2 iuxta xxiiij. q. j. q
contra eccleſie pacem. ⁊ cõiter iſta duo iura ad hoc allegãtur:
ideo ea tene menti. ⁊ vide Bal. in rub. C. de pen. iudi. qui male
iudica. vbi no. dixit, ꝙ qui per imperitiam male iudicauit, pro-
pter paupertatem, nõ luit in coꝛpoꝛe, per l. ſi filiusfa. ſ. de iudi.
quod eſt ſumme no. ⁊ vide in materia gl. in c. ſicut dignũ. de ho
mi. vide gl. no. Inſti. de acti. ſ. item miſta. que vult, ꝙ nõ ſolum
vbi pena applicatur fiſco, luat in coꝛpoꝛe, qui non habet ꝙ ſol-
uat: ſꝫ etiam quãdo debetur priuato, ⁊ ſic cauſa eſt ciuilis, vide
doc. in c. Odoardus. de ſol. Ang. in l. ſi quis id quod. ſ. fi. ſ. de
iuriſdic. omnium iudi. Uide gl. in c. rephenſibilis. de appella.
ibi vide Bal. in c. de cal. De pena verboꝛum, vide c. fin. de male
dicis. ⁊ ibi docto.

1 ☞ Reſtitutio eſt in priſtinum ſtatum repoſitio.
2 Fauetur magis ei qui facit ex neceſſitate, quam ei qui facit ex
voluntate.

a **§. Reſtitutio autem.** [a] Per reſtitutionẽ omnia reponuntur i
b pſtinũ [b] ſtatũ, pter ea de qbus minoꝛ lederet. h. d. ❡ No. † ꝙ
1 reſtitutio, eſt in priſtinum ſtatum repoſitio. No. † ꝙ magis fa
2 uẽdũ eſt ei, qui facit ex neceſſitate, quam ei, qui facit ex volunta
te. ſ. l. proxi. ⁊ tex. dicitur expreſſus in l. cũ qui facit ex volunta
te. ſ. l. proxi. ⁊ tex. dicitur expreſſus in l. cum poſtulaſſeꝫ. in fi. ſ.
dã. infec. ❡ Circa hãc l. quero: hic dicitur, ꝙ pecunia ſoluitur
perdituro, quid ſi ſoluitur ei non perdituro, ⁊ tamẽ perdidit?
In hoc fuerunt opi. inter Pla. ex vna parte, ⁊ gl. ex alia. Nam
Placen. faciebat differentiam inter mutuantem ⁊ ſoluentem, ꝙ
gl. noſtra reprobat, ⁊ bene, quia nulla eſt differentia in effectu,
licet ſit magis ſtricta ratio in vno, quam in alio. Ultimo not.
intellectum l. ſ. quarum re. actio. non datur. qui eſt no. quoniã
illa lex varios intellectus habet.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ❡ Reſtitutio. Uide multas cõcoꝛdãtias per Anto.
de But. in cõſi. xix. poſt princ. ⁊ ibi etiã ponit quod verbũ, reꝫ
integramus, eſt plus pleniſſimuꝫ, ⁊ ibi etiam verbũ, reſtitutio
b ALEX. ❡ In priſtinũ. Nota, ꝙ minoꝛ tenet reſtituere, oĩa in q
bus dolo verſatus eſt: ⁊ oĩa, ex quibus, locupletioꝛ factus eſt,
ſi reſtitutio petatur. l. j. C. de repu. que fiunt in iudicio.

a **§ Ex hoc edicto.** [a] Hec reſtitutio petitur per officium iudicis, non non iu
reactionis. hoc dicit. Facit contra Marti. in eo, quod dicebat
in l. in cauſe. ſupra eodem.

ADDITIO.

a POMA. ❡ Ex hoc edicto. Aduerte ꝙ hic eſt tex. ⁊ gl. ⁊ Bar. ſen
tit ꝙ cognitio, ⁊ officium iudicis eſt ideꝫ. Uide gl. l. j. ſ. p hanc.
in gl. magna. circa medium. ſ. de rei vendi.

LEX XXVII.

**Illud.** Si minoꝛ ſoluit indebitũ: pſona interdũ facit locum repetitioni. hoc dicit. De hoc
dixi plene in l. interdum. ſ. de condi. indebi.

1 ☞ Procuratoꝛ cum cautione rati ita admittitur quando eſt
dubium de mandato ſpeciali, ſicut quando eſt dubium de man-
dato generali.
2 Mandatum ad petendam reſtitututionem in integruꝫ, vt dica
tur ſpeciale, requiritur ꝙ ſit ad petendum reſtitutionem in in
tegrum in tali cauſa.
3 Reſtitutio in integrum quando petitur incidenter, nõ requiri
tur ſpeciale mandatum, ſecus quando pꝛincipaliter.

**§. Si talis.** Reſtitutionem debet quis petere per ſe, vel per alium pꝛocuratoꝛeꝫ habentẽ ſpe
ciale mandatũ, de quo ſi dubitetur, cum cautiõe de rato admit
titur. h. d. ❡ No. ꝙ hic eſt vnus de caſibus, in quib⁹ requiritur
1 ſpeciale mandatũ. ❡ Secundo no. † ꝙ ſicut vbi ẽ dubiũ d mã
dato generali, admittit pꝛocuratoꝛ cũ cautione de rato, ita vbi
a eſt dubium de mãdato ſpeciali [a]. ❡ Circa legem iſtam querit
pꝛimo, quomodo intelligatur ſpeciale mandatuꝫ habere vtrũ
2 ſufficit † ꝙ dicatur in inſtrumento pꝛocurationis, Et ad petẽ
dum reſtitutionem in integrum? Doct. dicunt ꝙ non, ſed debet
dici, ad petẽdũ reſtitutionẽ in integrũ in tali cauſa, l. ſi quis mi
hi bona. ſ. ſed vtrum. de acqui. here. doc. tangunt. C. etiam per
pꝛocu. cauſam in integ. reſtit. agi poſ. l. j. Plene dixi i l. filiusfa.
3 ſ. de dona. verſi. Tertio fallit. ❡ Secundo quero, † vtrũ hoc ꝙ
dicitur hic, verũ ſit, ſiue petatur in integrũ reſtitutio pꝛincipa
liter, ſiue incidẽter. Inn. extra, de in integruꝫ reſti. c. ſuſcitata.
intelligit hanc l. quãdo reſtitutio pꝛincipaliter poſtulatur: ſꝫ
b ſi peteretur incidenter [b] ſuper aliquo articulo omiſſo in cau-
ſa, tunc nõ requiritur ſpeciale mãdatũ. Unde eo ipſo, ꝙ ipſuem
facit pꝛocuratoꝛem ad cauſam, videtuꝛ eũ facere ab omnia, que
pertinent ad ipſam cauſam l. ad rem. ⁊ l. ad legatum. ſ. de ꝓcu.
circa pꝛincipium. Ego de hoc dico in l. cũ pꝛocuratoꝛ. circa pn.
ſ. de no. ope. nun.

ADDITIONES.

a ALEX. ❡ De mãdato ſpeciali. Et iſtũ tex. p notabili alle. Bal.
in l. ſi maritus. C. mandati. quod etiam vbi requiritur ſpeciale
mandatum, habet locum ratihabitio. POMA. ❡ Uide gloſ. in
ſ. de his. Inſti. per quas perſo. ⁊ ibi Ang.
b ALEX. ❡ Incidenter. Adde Bar. in l. interdũ. ſ. d cõdi. indebi.
⁊ Bal. p illũ tex. i l. ſi. C. vbi ⁊ apud quẽ in integ. reſti. ⁊ Barto. ⁊
Bal. in d. l. j. ⁊ ib no. C. ẽt p ꝓcu. cau. in integ. reſti. agi poſſe.
P. PAV. P. ❡ Uide Ant. conſi. xliiij. circa medium, de quo habes
etiam in l. mandato generali. ſ. de pꝛocu. Item limita ſing. illa
quod dicit Barto. hic, ⁊ Ro. ſing. cxxvij. Item adde, quod pꝛo-
curatoꝛ generalis poteſt petere reſtitutionem in integrum, ad
uerſus ſententiam contra eum latam, vide Panoꝛ. cõſi. lxxxvij.
j. parte. Et ad dictum Bar. hic, quod propter incidentiam poſ
ſit pꝛocuratoꝛ ea, que alias requirerent ſpeciale mandatum, vi
de Salic. in c. cãm q. de re iudi. in c. cum olim. el j. de offic. dele.
Barto. ⁊ Alex. in l. cum pꝛocuratoꝛ. ſ. de ope. no. nun. ⁊ etiam
Bar. in l. indebitam. ſ. de condi. indebi. cuꝫ ſuis concoꝛdantijs.

**§. Quod ſi is.** Pꝛocuratoꝛ eius contra quem petitur reſtitutio, ſuſtinet ptes rei, ideo
debet cauere iudicatum ſolui. hoc dicit.

LEX XXVIII.

1 ☞ Cõiuncta pſona, ẽt in requirentibus ſpeciale mandatum, ad
mittitur, quando pꝛetendit pꝛopꝛium intereſſe.
2 Libellus, ago tanquaꝫ coniuncta perſona, ⁊ pꝛo intereſſe meo,
admittitur.
3 Coniuncta perſona pꝛo coniuncto admittitur, etiaꝫ eo inuito,
quando venit etiam pꝛo ſuo intereſſe.
4 Mandatum generale legis non ſufficit, vbi ſpeciale hominis
requiritur.
5 Coniuncta perſona agit pꝛo minoꝛe in caſibus, in quib⁹ ſpecia-
le mandatum non requiritur.
6 Coniuncta perſona etiam in requirentibus ſpeciale mãdatum
admittitur pꝛo minoꝛe ⁊ pꝛodigo.

a **Patri pꝛo filio.** [a] In caſibus, in quib⁹
1 † requiritur ſpeciale mandatum, coniuncta perſona admittitur, ſi pẽdit
ꝓpꝛium intereſſe: alias ſecus. h. d. ❡ Quam legem
no. q2 iſtud pꝛincipiũ foꝛte nõ eſt alibi. ❡ No. pꝛimo quod di-
2 xi in ſummario. ❡ Secundo † no. caſuꝫ, quod admittitur talis
poſitio, qñ quis dicit, ago tanquam cõiũcta pſona, ⁊ p intereſſe
meo. Facit ſ. de pꝛocur. l. licet. in pꝛin. ⁊ quod no. in l. iuris gen
tium. ſ. ſi paciſcar. ſ. de pac. vbi agit quis pꝛo Republica, ⁊ p
b intereſſe ſuo. ❡ Tertio no. [b] ꝙ licet alias † coniuncta perſona
3 nõ admittatur pꝛo coniuncto contra eius voluntatem, ſed pꝛe-
ter l. ſed ⁊ he. in pꝛin. ſ. de pꝛocu. tamen quando venit tanquaꝫ
coniuncta perſona, ⁊ pꝛo ſuo intereſſe, admittitur, etiam eo inui
to. Caſus eſt ibi, licet filius reſtitui nolit. Cõcoꝛdãtie ſunt in gl.
4 ❡ Quarto no. † ꝙ vbi requirit mandatum ſpeciale hominis,
c nõ ſufficit [c] gñrale mãdatũ legis, vt hic. Nam poteſtas agendi
data coniuncte perſone a lege, non valet, vbi requiritur ſpecia-
5 le mandatum. ❡ † No. etiam ex hac l. quod coniuncta perſona
põt agere p minoꝛe in caſibus, in quibus non requiritur ſpecia
le mandatũ, vt hic a cõtrario ſenſu. Gl. ponit hic, ⁊ ſ. de admini.
d tuto. l. tutoꝛes qui poſt. ⁊ doc. in l. exigẽdi [d]. C. de ꝓcu. ❡ Ulti
6 mo no. † quod in caſibus, in quibus reqrit ſpeciale mandatum,
e admittit coniuncta perſona pꝛo eo qui eſſet minoꝛ ⁊ pꝛodig⁹ [e].
Secus ſi minoꝛ tm̃, vel pꝛodigus tm̃, vt hic in fi. quod not. ib[i],
aut eius, ⁊c. Gl. tamen dicit, quod iſto caſu admittitur vt cura-
toꝛ furioſi, quod non placet. Cum enim ſit minoꝛ, datur ſibi cu-
ratoꝛ, vt furioſo, ſed vt minoꝛi. l. qui habent. de tute. ❡ Oppo.
de l. iij. ſ. ſed vtruꝫ. ſ. e. Gl. ponit plures ſolutiões. tene pꝛimã
f vel ſecundam. ❡ Itẽ opponitur extra gl. ⁊ videtur [f], quod vbi
requiritur ſpeciale mandatum, coniuncta perſona admittitur,
g vt in c. nonnulli [g]. extra de reſcrip. Cogitabis.

ADDITIONES.

a ALEX. ❡ Patri pꝛo filio. Et vide gl. ⁊ doc. in l. fin. C. de filiofa
mi. mino. POMA. ❡ Uide quid per iſtã l. dicat Ro. ſin. cccxxix.
b ALEX. ❡ Tertio no. limitationes ad id, ꝙ dr, cõiuncta perſona
non agit cõtra voluntatem cõiuncti. Idẽ dixit Bar. in l. ſi cõſtã
te. in x. q. ij. q. pꝛincipalis. ſolu. matri.
❡ AND. BARB. Et an coniuncta perſona poſſit impetrare
reſcriptum pꝛo coniuncta? vide gl. in c. ad aures. ⁊ c. nonnulli.
de reſcrip. nec ſunt alibi in iure, ſecundum Mod.

k ALEX. ¶ Nõ ſufficit. Et per hanc l. & no. Bar. Ange. poſt gl.
in l. j. C. etiam p pcu. cauſam in integ. reſti. agi poſ. q licet coniũ
cte perſone non admittantur, vbi requiritur ſpeciale manda-
tum: tamen fallit in coniuncta perſona, que eſſet legitimus ad-
miniſtrator, vt pater & tutor, etiam per iſtum tex. quod nota.
b ALEX. ¶ L. exigendi. & ibi per Guidonem de Suza, in l. inui-
tus, la ij. C. de procura.
ALEX. ¶ Minor & prodigus. Quod facit, vt coniuncte pſone
poſſit ſolui p iſto tali, per ea que habentur in l. verum. j. de ſo-
lu. & que ibi dixi. Itẽ admittitur ẽt ad impetrãdũ reſcriptũ, li
cet regrat ſpeciale mãdatũ. c. nonnulli. in fi. & c. ex parte. de re-
ſcrip. & no. in c. conſtitutus. vt in gl. de reſti. in integ. & Spec. &
coniuncta perſona. verſi. quid ergo. & ibi per Joan. An.
f POMA. ¶ Et videtur. Vide Panor. c. conſtitutus. de reſtitu-
tione in integrum.
g ALEX. ¶ Nõnulli. Cõmuniter dicitur, q ibi ſpeciale l ſcripto,
& in c. ex parte decani. eo. titu.
1 ☞ Iudex debet negare actionem creditori. quando minor pe
tit reſtitutionem aduerſus obligationem.
2 Minor reſtitutus recuperat pecuniam cum vſuris, & fructib'
perceptis, & qui percipi potuerunt.

**§. Si pecuniam.** Minor aduerſus creditorẽ, qui mutuauit, reſtituit, ſi pe-
cuniam diſſipauit, vel ex ea debitorẽ nõ idoneũ acquiſiuit, vel
prediũ emerit pretio cariori, quo caſu reſtituet minor, quaten'
1 eſt locupletior. h. d. ¶ † Nota ex prin. modum ſententiãdi, quã
do minor petit reſtitutionem aduerſus obligationẽ, quia dz
a denegare creditori actionem. ¶ Nota iſtum [a] verſi. ex quo ap
2 paret, † q minor recuperat pecuniam cum vſuris, & fructib'
perceptis, & q percipi potuerunt. Quod eſt nota. quia emptor
habet titulum.

ADDITIO.

a POMA. ¶ Nota iſtum verſi. Vide Cremenſem ſing. cxxiiij.

**§. Si minor.** Minori reſtituitur actio cõtra ipſuz debitorẽ, & fideiuſſores, & correos, ſi
aliquem liberauit acceptilatione. hoc dicit.

**§. Aduerſus.** Reſtitutio etiam data contra eos, qui de dolo nõ conueniuntur, exce-
pto patre & patrono. hoc dicit.

LEX XXIX.

a **CVm minor.** [a] Reſtituta actione tutele, non reſtituitur contraria.
hoc dicit. ¶ Oppo. & l. j. & ij. C. ſi aduer. trãſac. Sol.
Dicũt qdã aliud in ſentẽtia, & aliud in tranſactione,
q nõ eſt verũ, vt j. l. proxi. §. j. Dico ergo q hic cauſe ſunt diuer
ſe, & ſe non cõtingentes: nã tutor liberauit pupilluz pacto gra
tuito, pupillus liberauit tutorem credens ſibi ſatiſfactum.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Cũ minor. Ad hãc l. vide Bart. in l. j. § nunciatio. de
operibus noui nunciatione.

LEX XXX.

**ETiam.** Etiam vbi interuenit patris authori-
tas minor reſtituit. h. d. ¶ Opp. ſ. e. l.
iij. §. ſed vtrũ. Solu. hic pater fuit author filij tãquã
tutor, & hic filius cõſtituitur pro obligatiõe ſua, nõ
ad commodum patris.

**§. Ex cauſa.** Si per reſtitutionez vnũ capitulũ ſen-
tentie reſcindit, cetera firma remanẽt,
ſi illi nõ ſunt connexa, alias ſec'. h. d. ¶ Quod no. Et ſic vides,
a q ſententia poteſt pro parte valere, [a] p. parte nõ. Contra ſ. fa.
erciſ. l. in hoc iudicio. Sol. Ibi loq' in connexis, hic in diſiun-
* ctis, * vnde tot vident ſententie, quot ſunt capitula. ¶ Que
ro, que dicantur negotia ſeu capitula connexa, & que ſeparata?
Dic vt in gl. que eſt clara.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Sententia poteſt pro parte valere. Late Bar. in l.
j. C. ſi aduer. rem iudicatam.
* CLAVD. ¶ Diſiunctis. Vide quod per hoc dicit Paul. Caſt.
in l. vbi pure. §. j. in lectura Padua. j. ad Trebel. & ponit Ale.
in l. qui Rome. §. ſi. j. de verb. oblig. Fely. in c. cum inter. de ſen.
& re iudi.

a **§. Si ab hereditate.** [a] Reſtitutio conceſſa non citatis his quorũ
intereſt, in eorũ preiudicium nil valet. hoc dicit.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Si ab hereditate. Vide in aut. ſi omnes, maxime p
Bal. C. ſi vt ſe ab here. abſti.

LEX XXXI.

1 ☞ Authentica, ex cauſa. C. de liberis pteritis, habet locum ẽt
in pteritione emancipati.

**SI filius.** Per vnum actuz contrariuz quis
videtur renunciare in integrum re
* ſtitutioni. * Item ille actus, qui tolleret illud, ad q
petit reſtitutio, tollit reſtitutionẽ. h. d. ¶ Opp gl.
tribus modis. Primo q emancipatus poteſt dicere nullũ. C.
de libe. pte. l. ſi. & in aut. non licet. Solu. Quidaz fatẽtur, q ho
die eſt immutatũ. Tu dic, vt & gl. in aut. de here. & fal. §. exhe-
redatos, videlicet q ſi emãcipatus eſt pteritus ſine cã, & nul-
lum: ſi cum cã, tunc veniret hodie per cõtratabulas, ſicut olim:
qr hodie in nullo eſt immutatum, niſi in inſertione cauſe vt di-
xi plene in authen. ex cauſa. Secundo oppo. quia cum fuerit ſi-
bi relictum legatũ, pz agere ad ſupplementũ l. omnimodo. C. de
inoffi. teſta. & in authen, de triente & ſemiſ. §. j. Gl. fatetur con-
trarium. dicit tamen q etiam illud eſt corretum, quia debet re
linqui iure inſtitutionis. §. aliud quoqz capitulum. in corpore,
vt cum de appel. cogno. Vel dicas, dicit gl. illud in querela, ſe-
1 cus in contratabulas. Videtur innuere, † q §. aliud quoqz ca-
pitulũ. vnde ſumit aut. cã. nõ hz locũ in filio emancipato prete
rito, cui competit contratabulas, dum &, aliud in querela &c.
Et ſic innuit aut. ex cauſa. non habere locũ in pteritione emã
cipati. Cõtrarium no. C. de bo. poſ. contratabu. l. j. & illa eſt ve-
rior. Quod dic vt plene dixi in aut. ex cauſa. & ibi ẽt tangitur.
¶ Itez oppo. & videtur, quod hec preſcriptio ipſo iure nõ cur
rat, vt l. ſi. C. in quibus cauſis in integrum reſtitutio nõ eſt ne-
ceſſa. Solu. concedo q iſtud tempus hodie nõ currit ipſo iure.

ADDITIO.

* CLAVD. ¶ Reſtitutio. Vide Alex. in l. ſi conſtante. §. ſi pater.
j. ſolu. matrimo.

LEX XXXII.

**SI mulier.** Minore reſtituto aduerſus adi-
tionem hereditatis, libertates da
te, & ſolutiones creditorib' facte nõ reſcindunt. hoc d.

LEX XXXIII.

1 ☞ Etas minor probatur ex aſpectu iudicis.
Iudex iudicat ſecundum conſcientiam, quam habet vt iudex.
2 Pronunciatio ſuper etate excuſat debitores ſoluentes & igno
rantes.
Pronunciatio ſuper etate facta ex aſpectu, nõ facit plenã pro
bationem, & in quo preiudicat. nu. 3.
3 Pronunciatio que fit per aſpectum excuſat ignorantes, nõ au-
tem ſcientes.
4 Turpitudinez ſuam allegare non poteſt quis, quãdo ex ea ſuã
intentionem fundat.
5 Iudicis decretum ſuper alienatione rerum minoruz, nõ tollit
reſtitutionem in integrum, ſecus ſuper etate.
6 Etatem minoris, curator quando preſumatur ſcire.

**MInor.** Etas ex aſpectu iudicis probatur, & p
nunciatio ex aſpectu nõ prodeſt eis, qui
ſciebant contrarium, ſed ignorantes & pnunciatoni
1 acquieſcentes excuſat. h. d. ¶ No. minor etas proba
a tur ex aſpectu iudicis, [a] & ſic iudex iudicat ſecũdum cõſciẽtiã
ſuam, quam habet vt iudex. De hoc ẽt an minor etas probet ex
aſpectu alterius quam iudicis, dicam plene in l. de etate. j. eo.
2 ¶ † Secundo no. quod pronũtiatio ſuper etate excuſat debito
res ſoluentes, & ignorantes. Et ex hoc apparet quod talis p
nunciatio non facit plenam pbationez, qr poteſt probari cõtra
rium ab eo qui ſcit. De quo dixi plene in d. l. de etate. ¶ Item
opp. q ſoluentes non ſint excuſati, nec pronũciatio pſit eis, niſi
ipſi allegent eum eſſe minorem, vt ſ. eo. l. ait pretor. §. pmittit.
Sol. Aut iudex nihil de etate pnunciat, ſed ſolum precipit, q
pecunia ſoluatur, & tũc ſoluens ita demũ excuſatur, ſi allegauit
minorem etatem, vt ibi. Aut iudex de etate pnunciauit, vt hic
& tunc non requiritur, quod quis alleget eum eſſe minorẽ: quia
per hoc veniret contra ſententiam, contra quã venire non tene
3 tur, vt d. l. ait pretor. §. permittit. & ita loquit hic. ¶ † Tertio
no. quod pronunciatio, que fit per aſpectũ, excuſat ignorãtes
non autez ſcientes. Ex quo habes, quod hec pnunciatio etatis
ex aſpectu non facit preiudicium ei, qui diceret, ſcio quod contra
rium eſt veritas, & paratus ſum probare: ſed in hoc ſolum piu
dicat, quod transfert in eum onus probandi. Videbitis in l. de
etate. l. e. ¶ Oppo. Inſti. qui. mod. tu. ſi. in prin. Solu. Ibi lo-
qtur de alio aſpectu, quã hic. Itẽ oppo. qd minor cõtra cura-
torem non poſſit allegare ſuum dolum. l. ſi duo. ſ. & dolo. Sol.
& gl. intellige quod hic minores non erant in dolo, vel ſi erant
4 i dolo, ñ aduerſus curatores, ſz aduerſus alios. Vel dicas †, q
hic minor nõ fundabat intentionem ſuam ex dolo, qr tunc nõ li-
ceret ei allegare ſuam turpitudinẽ: ſz agebat contra curatores
vtili actione negotiorũ geſtorum, ex illo quaſi contractu: & ſi cura
tor excipiat de dolo, minor replicet de ſcientia curatoris. Et
5 qd facit quod dixi in l. alias. j. de iureiurã. ¶ † Itẽ oppo. quod
decretum

b decretum iudicis non tollat [b] reſtitutionẽ in integrum,vt l.tu
toꝛ.in pꝛin.ſ.eo.Sol. Ibi decreto ſuper alienatione permitten
6 da,hic de decreto ſup etate;hec vera. ¶ Ultimo quero,✝ qd
in dubio,vtrũ curatoꝛes pſumãtur ſciuiſſe,vel ignoꝛaſſe etatẽ.
Reſpondeo aut erant curatoꝛes ⁊ conſanguinei,⁊ pſumuntur
ſciuiſſe.l.de tutela.C.de in integ.reſtitu.⁊ l.octaui.vnde cog.
aut erant curatoꝛes tantum,⁊ nõ pꝛeſumuntur ſciuiſſe,vt ibi.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Ex aſpectu iudicis. De pꝛobatione ex aſpectu,vide
8 annorum de facili. Secūdo[n] eſt videndum †de probatione etatis per aſpectum. Dic quod fieri debet per iudicem, vt ſupra e. l. minor xxv. annis ex aſpectu. Quod hoc aūt non poſſit fieri ꝑ teſtes, apparet, q2 minor etas non videtur. vnde ſi teſtis deponeret per aſpectuꝫ, eſſet magis iudex, quā teſtis, cum deponere debeat de his, que percipiuntur per ſenſum corporeum, ſecundum Inn. extra de teſtibus, c. cum cauſam. Si hoc eſſet verum inſurgeret magna iniquitas. Quid enim ſi in ciuitate iſta decederet quidam puer forenſis etatis xij. annorum, ⁊ expediret q̄d eius etas probetur? Certe per iudicem nō poteſt inſpici, quia mortuus eſt. Teſtes, qui eum cognouerunt, nō poſſunt deponere de aſpectu, ſecundum predicta: vicini, ⁊ cōſanguinei nō ſunt, ergo eius etas nō poteſt probari, quod eſt abſurdū. Ideo dico, quod teſtis poteſt deponere de etate alicuius per aſpectū, ⁊ faciet plenam fidem, non tamen ſimpliciter, ſed ſecūdum determinationem, quam dicam. Ad cuius euidentiam premitto quedaꝫ. ⁊ primo illud, quod ſepius eſt dictuꝫ, q̄d teſtis debet deponere ꝑ ſenſum corporeum, ſecundū Inn. extra de teſt. c. cum cauſam. ⁊ C. de teſti. l. teſtium. ⁊ ff. de teſtamen. l. qui teſtamento. in fine. ⁊ infra de his, que in teſta. delen. l. prima, in prin. Item premitto quod percipere per ſenſum corporeum ſine iudicio intellectus, nō ſufficit, ⁊ ideo impuberes, licet ſenſu percipiant, tamen quia intellectus nō iudicaret propter etatis defectum non ſunt idonei. l. tertia. §. lege Iuli. ff. de teſtibus. ⁊ l. i. C. de falſa mone. Item aduerte quod ſubſtantia rei, vel perſone nūquam percipit̄ per ſenſum corporeum immediate. Unde ſi tu diceres, q̄d hec cathedra eſt de ligno, quare, q2 vides lignū, impropria eſt locutio. Nā tu vides coloreꝫ, qui in obiectu viſus ex colore indicat quod eſt lignum. Unde iſtud percipis iudicio intellectus per colorē repreſentatum in intellectu per viſum. Idem de ſimilibus, ſi tu diceres quod vidiſti me numerare decem florenos aureos, nō vidiſti aurum, neqꝫ ſubſtantiam auri, ſed vidiſti colorem, qui reſultat ex ſubſtantia auri, ex quo iudicas aurum, ⁊ tamē licet hoc non percipiat̄ immediate per ſenſum, valet tamē teſtimoniuꝫ, in authētica de teſtib. §. ⁊ licet. C. de teſtib. l. teſtium. ⁊ in authentica
9 ibi poſita. Hoc premiſſo pono duo. † Primo, in eo quod cognoſcibile per aſpectum ſecundum cōmunem hominuꝫ noticiā, in eo eſt ſufficiens redditio rationis in teſte per aſpectum, licet iſtud conſiſtat in iudicio intellectus. Text. eſt in l. pedius. §. Neratius. infra de auro ⁊ argento leg. ⁊ l. ſi quando. e. tit. ⁊ C. de cā. fru. vrb. Ro. l. i. libr. xi. Secundo pono, quod eſt cognoſcibi
o le per aſpectum[o], nō ſecundum hominum peritiam, ſed ex arte eius, nō eſt ſufficiens rationis redditio per aſpectum, ſed debet tunc aſpici per iudicem ſeu peritos, quibus iudex cōmiſit. l. cōparationes. C. de fide inſtr. ⁊ l. i. § primo. de ventre inſpi. ⁊ C. de re mili. l. ſemel. libro duodecimo. Nūc ad propoſitum, in probāda etate poteſt eſſe, quod inter illud, quod aſpect' indicat, ⁊ illud de quo queritur, eſt modic' exceſſus, ⁊ tūc aut illud ex aſpectu nō eſt cognoſcibile ſecundum cōmunem hominuꝫ peritiam, ⁊ tunc debet fieri per iudicem, vel per illos quibus committeret iudex d. l. minor. xxv. annorum. ⁊ d. l. comparationes. cū ſi. Po
p teſt etiam eſſe, quod eſt tantus exceſſus,[p] quod per aſpectuꝫ eſt cognoſcibile ſecūdum cōmunem hominum peritiam, tunc in hoc reddit teſtis ſufficientē rationem per aſpectum, ⁊ facit plenam fidem. Hoc probatur infra de prob. l. cum de etate. in fine, recte
10 intelligendo, vt ibi dicam. Ad cuius †declarationem eſt videndum, quis ſit iſte exceſſus, ſic cōmuniter cognoſcibilis, ⁊ per cōſequens cognoſcemus quādo nō eſt cognoſcibilis cōmuniter. Ad quod ſciendum eſt, quod quanto quis eſt minor, tanto facilius ex modico exceſſu cognoſcitur etas. ⁊ quāto eſt antiquior, tanto requiritur maior exceſſus, vt probat̄ infra de ventre inſp. l. prima. §. de inſpiciendo. Iſte autem exceſſus nō poteſt probari per legem, ſed ſecūdum motum animi mei, ⁊ habito colloquio cum quā pluribus doctoribus iuris Canonici ⁊ Ciuilis, nec nō etiam medicine, ſuper his que infra dicam. Poſſumus tempora ſic limitare, quia ad probandam etatem ſex menſium deſcēſiue ſufficiant tres menſes, aſcenſiue quatuor, vt hic. Modo volo probare, quod talis tali tempore erat minor ſex menſium, teſtis dicit vera eſſe, Interrogatus quomodo ſcit, reſpondet, quia ex aſpectu corporis videbat̄ trium menſium aſcenſiue. Si volo probare quod erat maior ſex mēſium, teſtis dicit vera eſſe, Interrogatus quomodo ſcit, reſpondet, quia eo tempore videbatur maior decem menſium. Et hoc eſt quod dicitur in d. l. cum de etate. in fine, infra de proba. ibi, ex quo precipue fidem in ea re conſtare, ⁊c. ⁊ verba, que precedunt ibi, ex eo annos computari. ⁊ ſequitur ibi, ex quo, ⁊c. Debet igitur incipi a computatione annorum ex eo tempore, quo certum eſt ipſum eſſe tante etatis, ſed quādo ipſe videbatur minor trium menſium cōmuni aſpectu, abſqꝫ dubio erat minor ſex menſium. Ad probandum etatem anni ſufficiunt deſcenſiue quinqꝫ menſes, aſcenſiue ſex modo ꝑdicto. Ad etatem triennij deſcenſiue annus, aſcēſiue xviij. menſes. Ad etatem vij. annorum deſcenſiue biennium, aſcenſiue triennium. Ad etatem xij. annorum in muliere, ⁊ xiiij. in maſculo deſcēſiue triennium, aſcenſiue quadriennium. Ad etatem xxv. an. deſcenſiue ⁊ aſcenſiue quinquēnium. Ad etatem xl. ann. deſcenſiue, ⁊ etiā aſcenſiue, viij. anni. Ad etatem lxx. ann. deſcenſiue, ⁊ aſcenſiue. x. anni ab inde ſupra vſqꝫ ad etatem centum annorum deſcenſiue, ⁊ aſcenſiue xv. an. ⁊ idē q̄d dictum eſt ſupra in dictis temporibus, intelligas in tēporibus medijs. Similem limitationem temporis facit iuriſconſultus infra ad legem Falcidiam. l. hereditatum. Et ad predicta facit quod legitur Ioan. viij. c. circa finem. vbi dicitur quod Iudei dixerunt Chriſto, quinquaginta annos nōdum habes, ⁊ Abraham vidiſti. Certum eſt quod Chriſtus illo tempore erat xxxiij. annorū, vel circa, ⁊ ſic errabatur in aſpectu maiori tempore x. an. contra ea que dicta ſunt. Reſpon. Ego volui habere expoſitionem Theologorum dicti cap. ⁊ inter alios reperi ſanctum Thom. de Aquino, qui dicit, Mirandum eſt quare non dixerunt xl. annos nondum habes, ⁊c. cum Chriſtus erat xxxiij. an. vel circa, ⁊ allegat alios doctor. antiquos, q de hoc mirabantur. Ecce ergo quod habes illos doct. pro me, quod exceſſus x. anno, videtur cognoſcibilis manifeſte, ⁊ ideo mirabantur illi

mi docto.cur. Iudei dicebant Chriſto de quinquaginta annis.
Unde reſpōdēt ipſi, quod ſic occurrit eis, nō quod tāte etatis
videretur. Alij dixerunt, quod ideo dixerunt, quinquagita an-
nos nondum habes ⁊c. quaſi nondum perueniſti ad annum Iu
bileum, in quo ſit remiſſio peccatorum. Quomodo ergo te dicis
tantam poteſtatem habere? Et ſic concludunt quod non vide-
batur tot annorum. Alij dicunt quod eſt ſpeciale in Chriſto pro
pter ieiunia multa, ⁊ abſtinētias, ⁊ labores. Et breuiter qcquid
ſit, ille tex. non facit cōtra me imo facit pro me. Dicit enim quin
quaginta annos nondum habes, quaſi dicat non videris tante
etatis ex aſpectu, non autem dicitur ibi quod tante etatis vide
retur, ⁊ ſic non facit contra. Sis ergo cautus in modo articulā
di, quia ſi referas te ad aſpectum etatis iuuenilis modicus ex-
ceſſus requiritur. Si vero referas te ad aſpectum maioris eta
11 tis, tūc requiritur maior exceſſus. † Sed iuxta hoc quero, pone
quod teſtis interrogatus depoſuit de aſpectu, ſecūdum ea que
dixi ſupra, quia ex aſpectu diceretur homo. xxx. annorum, quid
habet teſtis dicere? ⁊ idem in ſimilibus queſtionibꝰ, Reſpond.
debetis ſcire, quod ideo hic dicitur. Quod manifeſtum eſt, non
indiget probatione. l. ciues. C. de appel. quia nulla probatio pōt
fieri de manifeſto, quin ſit magis obſcura quam manifeſtum, et
ideo dicit lex quod illud qđ eſt demonſtratum, non indiget alia
q demōſtratiōe, vt ſ. de do. pre. l. j. circa ſi. ¶ Nūc ad ꝓpoſitūq po
no vnum aliud exemplum, Teſtis interrogatꝰ ſi talis res erat
alba dixit quod ſic, quia vidit. Interrogatꝰ quid eſt albū, dico
quod de hoc non debet interrogari, ⁊ teſtis poteſt dicere ſi iter
rogaretur, quid ſit album, neſcio tibi aliter demonſtrare, quia
eſt ita clarum de ſe, quod nō indiget alia demonſtratione, dicta
l. j. in ſin. de do. prele. Nunc ad propoſitum, iſte aſpectus tempo
ris, ⁊ etatis non eſt bene declarabilis per notas, ⁊ ſigna, quādo
non ſunt in forma, quia quidam ſunt barbati, quidam non, qui-
dam rubei, quidam non, ⁊ quidam parui, quidam magni, ⁊ ſic de
ſimilibus. Sufficit ergo ſi teſtis dicat interrogatꝰ qđ eſt aſpe-
ctus tanti temporis, neſcio tibi dicere, niſi quod eſt aſpectus tā
r ti temporis. Sed quid ſi ſimpliciterr dicat neſcio?s Reſpōdeo,
s idem. Nam itelligitur neſcio, ſubaudi aliter declarare quod ſu
pra dixi. Simile no. ſ. de verb. obli. l. ſtipulatio iſta. Item inter
rogatꝰ qui dixit aliquem poſſidere quomodo ſcit, ſi dicat ſe ſci
re eum poſſidere, quia eum vidit arare, ſeminare, fructus colli-
gere, ⁊ ſimilia facere. Si poſtea īterrogatur quid eſt poſſidere?
non cogitur reſpōdere. Nam ſufficit ſi dicat, neſcio aliter quam
t ſupra dixerim.t d. l. ſtipulatio. §. hi quoque.

## Sumus expediti de ſecūda que

12 ſtione principali, † venio ad tertiam, ſcilicet, cui incumbit onus
probandi. Gloſ. hic dicit, ꝙ iudex ex aſpectu corporis trāſfert
onus probādi de vno ad alium, ſed in dubio ei qui dicit, incum
bit onus probandi. Et ſi vtroqꝫ negante, poſtea vnus dicat, ne-
go te minorem, alius dicat, nego te maiorem, tunc dicit gl. forte
preſumitur minor quia ſemel fuit minor. C. de ꝓbat. l. ſiue poſſi
detis. Cy. hoc examinat C. de proba. l. cum te. Tu dicas quod il
lud dictum an ponatur affirmatiue, vel negatiue, nihil eſt dice-
re, ſecundum Iac. de Are. duabꝰ rationibus. Prima quia tunc
eſt verum, ꝙ ei qui negat, non incumbit onus probandi, quoniā
negatiua non eſt probabilis. l. actor. C. de probat. Secūda qꝛ vt
ſepe dixi vobis, illa oratio eſt negatiua, que ſignificat priuatio-
v nem. Illa eſt affirmatiua v que ſignificat poſitionem. Non curo
x quibꝰ verbis ponatur, x vt no. ſ. de dol. exceptio. l. ſi. in ſi. ⁊ ꝓba
tur. ſ. de ver. obl. l. inter ſtipulantem, in prin. ⁊ ſ. de itine. actuqꝫ
priuato. l. j. §. ꝑmo. Unde ī propoſito, ſiue quis dicat, nego me
maiorem, ſiue dicat, dicō me minorem, ſemper iſta negatiua eſt,
qꝛ illud verbum, minor, habet negationem in ſe, vnde ſepe poni
tur in iure minus, id eſt non idem eſt. Eſt ergo idē dicere minor
xxv. anno. id eſt qđ nō habeo. xxv. annos, ⁊ eodem modo ſi dicam
te maiorem, ſiue nego te minorem, eſt affirmatiua, quia nego ne
gatiuam, ⁊ ſic affirmo. Et ideo in iſta materia cui incūbit onus
probandi dicas ſic. Aut iudex ex aſpectu tranſfert onus probā
di in aliquam partem, ⁊ illā debet probare. Aut non, ⁊ tunc, aut
vnus allegat etatem maiorem ad fundandam intentionem ſuā,
⁊ ipſe debet eam probare. Aut allegatur etas minor ad fundan
dam intentionem minoris, ⁊ idem, ⁊ ipſe qui allegat, debet hoc
probare. Et de hoc eſt caſus C. de in integrum reſtitutione. l. ſi
minorem, vbi ſi minor petit reſcindi contractum, tunc quia mi-
nor etas eſt ſue intentionis cauſa, ipſe debet probare, vt ibi pa-
13 tet. nec ob. ꝙ glo. hic dicat ꝙ ſemel fuit minor. ⁊ ideo† hodie pre
z ſumitur minor qꝛ illa regulaz non preſumitur in his que curſu
temporis mutantur, vt in etate. ſ. de excu. tut. l. ſpadonem. §. qui
abſolutus. Et ita intelligitur C. de proba. l. cum te. vnde cū tu
agis, ⁊ alius opponit tibi ꝙ tu es minor, ille debet ꝓbare, vt no.
in d. l. cū te. Quāqꝫ etas nō eſt cauſa intentionis alicuius, vt pu
ta ſi nil aliud intendo principaliter, niſi probare etatem, tūc, ei
qui dicit etatem, incūbit onus probandi. De hoc eſt caſus hic.

## Expeditus de tertia queſtione

principali venio ad quartā. Et ſuper quarto ⁊ vltimo dubio q̄
14 ro de probationis effectu. † Et vidēdum eſt primo, vtrum ꝓba
tio ſola ſine pronūciatione pariat preiudicium? Et videt quod
non, vt ſ. de iureiu. l. ſed ⁊ ſi poſſeſſori. §. ſi. l gl. ſuper verbo, pro-
batum eſſet. In contrarium eſt veritas, per text. hic, ibi per eā
probationem, ⁊c. Nil autem dicit de pronunciatione. Et ſic no. ꝙ
probatio ſola ſufficit, ⁊ hoc puto verum. Non obſtat lex contra
ria, ⁊ quod ibi dixi, qꝛ ibi non ſufficit probatio ſola ad actionem
producendam, ſed ad actionem productam adiuuādam ſufficit,
15 vt hic. † Secūdo eſt videndum, vtrum probatio facta in vna cau
3 ſa preiudicet in alia prorſus 3 extranea, ſeparata, ⁊ diſtincta. Et
in gl. ſunt opin. Finaliter determinat in omnibus fieri preiudi
cium, vt in ea habebitis. Et tamen eſt intelligendū cū diſtinctio-
16 ne, quam dicam ſ. † Tertio eſt vidēdum, vtrum ſententia lata ſu
a per etatea faciat ius. Gl. hic dicit, ꝙ ſic, quod nō eſt verum, quia
poteſt admitti probatio in contrarium. ſ. eo. l. minor. xxv. annis
ex aſpectu, quod nō eſſet, ſi faceret ius. Et ideo eſt aduertendū,
Nam quandoque probatur ex confeſſione perſone, de cuiꝰ etate
agitur, ⁊ tunc aut iſta probatio eſt facta cū iuramento corpora
liter preſtito, ⁊ tunc dicta confeſſio nō porriget effectum ſuū ad
alias cauſas, vel perſonas, quam ad eas, in quas eſt facta dicta
confeſſio. no. in aut. ſacramenta. C. ſi aduer. vēd. in x. q. quod dic
b vt ibi. Quādoque etasb probatur per alios modos legitimos,
vt puta teſtibꝰ, inſtrumētis natalium, ⁊ ſimi. vt ſ. dixi, ⁊ C. ſi mi.
ſe ma. dixe. l. j. in pricipio, ⁊ l. ſi alterius, ⁊ ſ. de excuſa. tuto. l. excu
ſantur, in princi. Et in iſtis eſt aduertendum aut etas eſt probā
da inter duos litigantes, nō interueniēte eo de cuius etate agi
tur, ⁊ tunc illa probatio in alia cauſa non preiudicat, per regulā
generalem ſ. de excep. rei iudi. l. cū queritur. Iſta enim lex loqui
tur ſolum quādo maior factus eſt ī iudicio, dicit enim, de etate
eiꝰ qui ſe maiorem, ⁊c. Ex eo enim quod dicit ſe maiorem, ⁊c. pa
tet quod ille, de cuius etate agitur, fuit in iudicio, tūc aut ꝓba-
tio ſeu pronunciatio fuit facta aduerſario contradicente, ⁊ indi
ſtincte habetur pro veritate quo ad eam, ſiue ſciuerit contrariū
eſſe verum, ſiue ignorauerit, vt ſ. eo. l. ait pretor. §. permittit. ſꝫ
quo ad alios nō eſt idem, vt ſ. dicam. Si vero fuit facta aduerſa
rio non contradicente, tunc aut dolus, vel fallacia eius de cuius
etate agitur, interuenit, ⁊ indiſtincte preiudicat quo ad eum ad
uerſus quem dolus, ſeu fallacia fuit adhibita. l. ſecūda, ⁊ l. ſi alte
riꝰ. C. ſi mi. ſe maior. dixe. aduerſus alios puto quod ipſi minori
non preiudicet, niſi eo modo quo ſ. dicam, quando dolus non in
teruenit. vt ſ. quibꝰ ex cauſis in poſſeſſio. eat. l. Fulcinius. §. qđ
ſi aduerſus. aut non interuenit dolus, vel fallacia eius de cuius
etate agitur, ⁊ tūc ſi quidem aduerſarius ſciebat eum eſſe mino
rem, ⁊ ſic ſentētiam non continere veritatem, ⁊ tunc ſententia, ⁊
pronuntiatio ei non opitulatur, d. l. ſi alterius, ſi. reſpon. ⁊ l. mi-
nor xxv. annis ex aſpectu. ſ. eodem. ſiue ſciuerit vere, ſiue pre-
ſumptiue. d. l. de tutela. C. de in integrū reſtitutio. mi. Aut neue
ter eorum ſciuit, vel in dolo fuit, ⁊ tunc aut minor vult venire cō
tra dictam probationem ſeu pronuntiationē, certans de dam-
no vitādo, aduerſarius vero certat de lucro captādo, ⁊ minor
auditur. In hoc tamen minori preiudicatur, quia ipſe habet ne
ceſſitatē probādi contrarium. d. l. ſi alterius. ſecundū lec. Azo.
Aut minor certat de lucro captādo, ⁊ aduerſarius de dāno vi
tando, vt puta ſi debita minori ſoluit, ⁊ minor perdidit, tunc mi
nori omnino preiudicatur. vt hic, ⁊ l. minor xxv. ann. ſ. eo. Aut
minor certat de damno vitādo in futurū, hoc eſt, licet per illā ꝓ
bationē, ſeu pronuntiationē ſit dānificatus in preteritū, ne dā
nificetur de cetero, auditur volens probare contrariū ⁊ deduce
re contrariū in notitiam cuiuſlibet. Quod patet ex his que di-
cta ſunt, qꝛ ſcienti contrarium talis ſententia non opitulatur.
Et predicta vera, quando probata eſt etas maior, que curſu tē-
17 poris non decreſcit.c Sed† quero, quid ſi in vno iudicio ꝓbatur
c ꝙ eſt minor, vtrum illa ſentētia faciat fidē in omnibus alijs cau
ſis? Uidetur qđ non. Nā iſta lex loquit de etate eius qui ſe ma-
iorem dixerit, ⁊c. non de eo qui ſe minorem. Preterea ex his que
ſolo curſu temporis mutantur, probatiōes facte in vno iudicio
non faciunt fidem in alio, vt ſ. de excu. tut. l. ſpadonem. §. qui ab
ſolutus. ⁊ ibi per Dy. ſed minor etas eſt huiuſmodi, qꝛ ſolo cur-
ſu tēporis mutatur, ergo, ⁊c. Sol. Aut ex illis actis volo ꝓba-
re me eſſe minorem modo, ⁊ non poſſum per ea que dicta ſunt.
Aut volo probare me fuiſſe minorem, tunc etiam puto ꝙ dicte
ꝓbatiōes ſufficiant ꝑ hāc l. Eadē enim ratio eſt in l. ij. ſ. de fer.
d ibi, vt etates probentur, ⁊c. Et ideo puto ſanum eſſe cōſilium.d
quando aliquis eſt paruulus, ꝙ faciat, cauſa cognita, ꝓnūtiari
ex aſpectu, vel alijs probationibus ſe eſſe certe etatis, tūc enim

Ex trãſcurſu tẽporis ſequẽtis probabitur cuius etatis ſit, ⁊ iu
18 dex debet hoc facere. Nam in his, † in quibus aſpect⁹ mutatur, iudex debet pronũtiare ex aſpectu, vt in futurũ fidẽ faciat. l. ij. §. de fer. ibi, aut vt ex aſpectu atrox iniuria, ⁊c. dixi in l. ij. ĩ. iudica.
19 ſol. ¶ † Ultimo quero, quid de alijs impedimentis, puta iudex
e pronũtiauit me nõ eſſe infamem[e] ex tali ſentẽtia, vel nõ eſſe excõmunicatũ, vel ſimile, vtrũ hoc faciat preiudiciũ in alijs cauſis: Et videtꝫ ꝙ ſic, qꝛ in modo probãdi, ſiue ꝓnũtiandi predicta equiparant, vt dixi ſ. circa primã partem. Cõtrarium tñ dico, ꝙ hec lex ſingulariter, ⁊ ſpecialiter loquitꝫ in ꝓbatione etatis. Et ideo dicendũ eſt, aut dicta ſentẽtia lata eſt cũ legitimo cõtradictore, cuius ſpecialiter ſeu principaliter intereſt, ⁊ facit fidem quo ad oẽs, ſicut dicimus in querela inofficioſi teſta. ⁊ ſimili. ſecus ſi nõ fuiſſet lata cum legitimo cõtradictore. ĩ. de collu. detegẽ. l. cũ nõ iuſto. ⁊ qđ no. C. quib⁹ res iudicata nõ noc. l. ij. ⁊ illud eſt in ſimili, ⁊c. Eſt etiam ſpeciale in cauſa etatis, qꝛ ſententia lata in vna cauſa ſpeciali inter minorẽ, ⁊ alium, facit preiudiciũ in omnibus alijs cauſis etiam non habentibus dependentiã ab illa, vt hic, ⁊ l. minor vigintiquinqꝫ ann. ex aſpectu. ſ. eo. etiam ſi fuerit interlocutoria. Et ex hoc ſequitur etiam alia ſpecialitas, ꝙ ab inter-
20 locutoria † lata ſuper etate licet appellare, ſupra eo. l. intra vtile. ⁊ ibi de hoc dixi.

## ADDITIONES.

a ¶ De etate. Circa hãc materiam ꝓbationis etatis, vide omnino Bar. cõſi. cx. Pau. de Caſt. conſi. cxl. ⁊ cxlj. vbi ponit, quid ſi ſtatutũ tradat modũ ꝓbandi etatem, an intelligatur reprobare alios modos. ⁊ quedã alia in materia. Item quis debeat probare etatẽ, vide Fely. in c. in preſentia. extra de prob. Itẽ ſi alicui ſit datus tutor, vel curator, ꝓbatꝫ per hoc ipſum eo tẽpore fuiſſe minorẽ, vide Alex. ꝙ nõ cõſi. xxj. in j. vo. Itẽ ꝙ nõ probat ſaltim eum eſſe minorẽ nũc, licet anno vno, vel duobus preteritis, fuerit ſibi datus curator, vt minori, vide Imo. conſi. xxiij. Item ꝙ ſcriptura patris ꝓbet etatem filiorũ, quando eſt facta ſuper natiuitate, vide Pau. in l. neqꝫ natales. C. de ꝓa. vbi Bar. ⁊ Sal. Uide tñ circa iſtam materiam ꝓbationis etatis, vnũ ſing. cõſil. Soci. in conſi. lxxix. inci. in cauſa agitata. in j. vo. vbi dicitur, ꝙ ſubſtitutus pupillus, dicẽdo qđ filius deceſſit, pupillus hꝫ intẽtionem ſuã fundatam, ex quo in dubio quis preſumatur mori in pupillari etate. In cõtrariũ tamen vide eundem Soci. in l. qui duos. §. cum in bello. ĩ. de rebus dubijs. ⁊ ibi ſcripſi ad eum.

b ALEX. ¶ Hoc principaliter. Not. ꝙ ſententia nulla, poteſt peti declarari nulla, quid autem ſi petatur caſſari, quid importet, vide Bal. in l. hi qui ad ciuilia. C. de appel.

c ALEX. ¶ Fiet citatio. Aliter dixi ſecundum Bald. in dicta l. in cauſe. §. cauſa cognita.

d POMA. ¶ Venio ad ſecundam. Uide aliqua per Fely. in cap. in preſentia. de proba.

e ALEX. ¶ Etas probetur. Uide no. per Bal. in l. ſi minorẽ. ⁊ ibi late Sal. C. de in inte. reſ. vbi dt, ꝙ ĩ hoc indicia multũ proſunt, ⁊ ꝙ nõ admittitꝫ ad etatem probandã, ⁊ que dixi in l. non ſolum. §. ſed vt probari. de oper. no. nun, ⁊ dicit Gui. de Suza in l. j. C. ſi min. ſe maio. di. quod etas minor poteſt probari per inſtrumẽtũ dotale, factum in die nuptiarum. arg. l. optimam. C. de ꝯtrahen. ⁊ comp. ſtip. de quo per Bal. in l. neque. C. de proba.

f ALEX. ¶ Per conſanguineos. Adde l. de tutela. ⁊ ibi Bart. ⁊ Bal. de in inte. reſti. C. ⁊ ſi teſtis deponit cauſam dicti ſui, qꝛ eſt vicinus, ⁊ cõiunct⁹. Adde ꝑ Bar. per illũ not. tex. in l. de tutela. C. de in inte. reſt. minorũ. ⁊ Bal. ad idem in l. teſtiũ. C. de teſti. in probatione etatis per Sal. in l. ſi minorem. C. de in integ. reſtit.

g P. PAV. P. ¶ L. j. ĩ. ſi cer. pe. Uide Fely. in c. lr̃as. extra de exce.

h POMA. ¶ Sed iuxta hoc vide remiſſiue per Alex. in l. non hoc. C. vnde legi. Fely. c. lite. de preſump.

i ALEX. ¶ Uiderũt eum naſci. Quid ſi teſtis ſuper etate, in cauſa ſciẽtie dicit, qꝛ recordatur ꝙ tali die natus eſt, ꝓbat ſm Bal. no. in l. ij. C. de temp. appel.

k POMA. ¶ Se neſcire. Uide Alexã. conſi. xlij. vol. iij. Fel. c. quoties. de teſtib. ⁊ c. cum cauſam. eodem tit.

l P. PAV. P. ¶ Utrum minor. vide Alex. in l. j. in prin. ĩ. de ope. noui nunciatio.

m ALE. ¶ Puto verũ. Idẽ dicit Ang. ⁊ Im. in l. ij. §. idẽ Labeo. de aqua plu. arcen. Adde Sal. in d. l. ſi minorem.

n POMA. ¶ Secundo. Uide aliquid per Ant. de Butr. cõſi. xlvj.

o ALEX. ¶ Per aſpectum. No. de ꝓbatione etatis ꝑ aſpectũ, ⁊ vide qđ no. Bal. in d. l. Deo nobis. C. de epiſ. ⁊ cle. Et cũ Bart. hic cõcor. Bal. in l. ſolã. C. de teſt. vbi dicit, ꝙ ſi teſtis deponit ſuꝑ etate, ⁊ interrogat⁹, in cã ſcientie, dicit, ſcio per aſpectum corporis, ꝙ nõ probat. Alleg. Barto. in conſi. inci. in q. vertente inter do. Simonẽ. per Sal. in l. ſi minorẽ. poſt Bal. C. de in inte. reſt. ⁊ Sal. in l. cum te. C. de proba. ⁊ Jo. And. in addi. Spe. in ti. de teſte. §. j. ſuper verſic. ſed nunquid. incipiẽ. ad declarationem. cum quo tranſit Imo. in l. ad teſtium. §. j. de teſta.

p ALEX. ¶ Tantus exceſſus. Adde Bal. in l. ſolã. C. de teſti. ⁊ ĩ rub. C. de proba. in ſi. ⁊ de probatiõe etatis, vide Bal. in l. cũ te. C. de ꝓba. ⁊ late Jo. And. in regula, infamib⁹, in merc. adđ ꝙ dicit Bal. in rub. de proba. in ſi. ꝙ aſpect⁹ poſſet eſſe talis, ⁊ tãtus ꝙ inferret ex neceſſitate nature, ⁊ dicit Bal. in d. l. cum te. quod ſufficit probare etatẽ per veroſimilia, licet nõ certitudinarie. ⁊ quid de ſcriptura, quã facit pater tẽpore natiuitatis filij, an ꝓbet etatẽ, vide Bal. in l. neque natales. C. de ꝓb. ⁊ de inſtrumẽto matrimonij cõtracti, dixi ſ. de ſcriptura facta de natiuitate ab alio etiam, quã a patre, vide Bal. in rub. C. de fide inſtrum. late per Saly. in l. ſi minorẽ. C. de in integ. reſt. ⁊ Bart. in conſi. inci. in q. vertẽte inter dominum Simonem, ⁊c.

q AND. BARB. ¶ Nunc ad propoſitum. Adde quod not. in l. j. ĩ. ſi certum petatur. ⁊ Bald. in l. iij. C. de teſtib.

r P. PAV. P. ¶ Sed quid ſi ſimpliciter. Uide ⁊ confirma, vt per Iaſ. in l. j. ĩ. ſi cer. pet. ⁊ in l. iij §. j. ĩ. de iurein.

s ALEX. ¶ Dicat, neſcio. Et adde Bal. in l. data opera. C. qui accu. ⁊ Imo. in l. iij. §. due. ĩ. de Car. edic. vbi dicit quoqꝫ, cui incũbat onus ꝓbãdi etatẽ, ⁊ vide bonã gl. lxxxj. di. preſbyter. ⁊ Spe. in ti. de acto. v. ſi ergo. ⁊ ꝑ Bal. plene in d. l. cũ te. ⁊ ꝙ dixi poſt Bar. in l. ſi Titi⁹. de fideiuſ. vide Bal. ĩ l. j. C. ſi qs rez mi. ergo, ⁊c. ⁊ plene ꝑ doc. ĩ c. in preſentia. de ꝓba. maxime per Abb. vnde dixit Bal. in l. j. ſ. de his q ſunt ſui. ⁊ ibi Pe. de Anch. qđ teſtis interrogat⁹ qđ eſt notoriũ, ſi dicit ſe neſcire, nõ valet eius teſtimoniũ, ĩ dixerit factũ eſſe de die, ⁊ ſi dixerit aliquem eſſe male fame, ⁊ neſciat qđ ſit bona fama, qꝛ ꝯtria contrarijs ꝓbant, ⁊ q cognoſcit vnũ ꝯtrariũ, cognoſcit ⁊ reliquũ. d. l. j. ꝙ no. ⁊ ad Bar. hic facit ꝙ ipſe no. ĩ l. j. ĩ. ſi cer. pe. Sec⁹ tñ dicas ſi teſtis deponeret ſuꝑ fama, qꝛ ſi poſtea ĩterrogat⁹ qđ ſit fama, dicat, neſcio, vꝫ. ſꝫ Bal. ĩ l. j. ſi cer. pet. Quod ipſe no. in l. data opera. Et iſtis adde no. Cy. ⁊ Bal. ĩ l. ij. in ſi. C. đ don. ante nup. vbi ſufficit, ꝙ dicat teſtis, recordor ꝙ ĩ tali donatiõe, nõ fuit cauſa expreſſa, lꝫ poſtea dicat ſe nõ recordari qs cõtract⁹ ibi fuerit celebrat⁹, ⁊ que verba ibi interuenerint, ſed ſufficit de ſubſtãtia ꝯtract⁹ recordari. Adde cui incũbat onus probãdi etatẽ, Bal. cõſi. cxxxiij. li. iij. Pau. de Ca. cõſi. cxl. ⁊ qualiter teſtes debeãt deponere ĩ probatione etatis vide Bal. cõſi. cxliij. li. iiij. ⁊ cõſ. cclxiiij. li. iiij. Pro iſto dicto facit dictũ Joan. And. in addi. Spe. in ti. de teſte. §. nũc videdũ, in vlt. addi. duꝫ loquitꝫ de teſte, qui debet examinari ſuꝑ duob⁹ capitulis, ⁊ quod no. idẽ Bar. in trac. de teſt. in gl. in ver. rem aliquaꝫ. Et idẽ Bar. in l. Labeo. ver. ſed quero qđ ſi teſtis ĩ. de ſup. lega. ⁊ ꝙ not. Ange. fortioribus terminis, cõſi. clxxiij. inci. thema, ſuper quo petitur. dum loquitꝫ de teſte deponente ſuper aliquo cõtractu. Uide etiam ad dictum Bar. hic Alex. conſil. cvij. alias xvij. in iiij. vo. Feli. in c. cũ tu. de teſt. ⁊ dictum Jo. An. ſequitur Feli. in c. fraternitatis, v. ſed vltra. de teſtibus, ⁊ c. cũ tu. eo. tit.

t POMA. ¶ Dixerim. Idem voluit Albe. per illuz tex. l. nõ erit. §. dato. de iureiur.

v ALEX. ¶ Affirmatina. Adde Bal. ĩ l. cũ te. C. de proba. ĩ vlt. q. Bar. ⁊ Saly. late in d. l. ſi minorem.

x P. PAV. P. ¶ Quibus. Uide Are. in l. illa. ĩ. de verb. oblig.

y ¶ Qꝛ illa regu. Adde tex. in c. in preſentia, de ꝓba. Et an fundãs intẽtionẽ ſuã ſuꝑ validitate actus, cogatꝫ ꝓbare habilitatẽ ꝑſone, dic ꝙ non. Tex. eſt no. in prealleg. c. in ꝑſentia, ⁊ ſic ꝓbato actu ꝓſumitꝫ habilitas ꝑſone ad ipſum actũ, qđ eſt valde no. ideo ſi ꝓducit teſtm̃ factũ a minore, ꝓducẽs non tenetꝫ ꝓbare ꝙ erat maior xiiij. ann ꝙ eſt no. ſꝫ Jo. de Imo. in prealleg. c. in ꝑſentia. Uide Jo. de Imo. ĩ cõſ. cxiiij. Et viđ Bar. ĩ cõſ. xxiiij. ici. Bar. Raphel. vbi tãgit cui icũbat on⁹ ꝓbãdi, ĩ qua etate deceſſerit li⁹, vide Bar. ĩ cõſ. c. ici. ĩ q. vertẽte iter do. Simonẽ, vbi dicit ꝙ ille tenetꝫ ꝓbare etatẽ, q ſuꝑ illa ſe fundat ⁊ dicit de mõ ꝓbãdi, ꝙ nõ ſufficit dicere ꝙ tot ãni, niſi deponat ꝑ ſenſuꝫ corporis, vide ibi omnino Andr. Bar. Et an ille, qui ſe fundat in etate, debeat illam probare, adde vt per Alexan. cõſ. clix. in v. vo. ⁊ per Franci. de Are. ⁊ Mod. in c. in preſentia. de proba.

z ALEX. ¶ Preiudicet in alia. Per Salv. in d. l. ſi minorem.

a ALEX. ¶ Sententia lata ſuper etate. Uide Inn. in ca. cauſam ij. qui fil. ſint legit. in glo. magna, per Sali. in l. ſi minorem. C. de in integr. reſtitutione, ⁊c.

b POMA. ¶ Quãdoque etas. Ubi Bartol. conſil. lxxviij. incip. queſtio inter Franc. ⁊ Imo. conſil. cxiiij.

c P. PAV. P. ¶ Sed quero. Uide Joan. de Imo. in conſi. xxiij. ¶ AND. BARB. Uide Bal. in l. ij. C. qui. res iu. nõ no. vbi tenet idẽ Alex. no. hoc tu põdera bene, qđ Bar. hic dicit ſe dixiſſe l. ij. ĩ. iudicatum ſolui. Ego ita cõſului Verone hodie, ⁊ aſſumpſi id qđ hic Bar. ꝙ illud quod ipſe dixit in l. ij. habet locũ in etate. Uide Jo. de Imo. in cõſi. xxiij. vbi conſuluit ſm hanc doctrinã Bar. ¶ POMA. Uide Alex. conſi. xxj. volu. j. ⁊ Imo. conſi. cxiiij.

d ALEX. ¶ Eſſe ꝯſiliũ. Uide Bal. ĩ dicta l. cũ te. C. de ꝓbatione

quite

quī tenere videtur, q̃ð iſta declaratio hoc modo facta ad eter-
nam rei memoriam, proſit ad excipiendum, non ad agendum.
c AL EX. ¶ Nō eſſe infamem. Si iudex pronūtiauit me nō eſſe in
famē, vtrū hoc faciat preiudicium in alijs cauſis? vide Bal. in l. ingenuum. in principio de ſtatu homi.

LEX XLV.

**Non in omnia.** Minores reſtituuntur, cū leduntur, alias ſecus. h. d.

LEX XLVI.

1 Vſucapio cepta cum maiore perficitur contra pupillum, licet reſtituatur.
2 Preſcriptio legalis que & quomodo currat contra minorem.
3 Preſcriptio, que inducitur ex teſtamento, currit ꝯ minorem.
4 Preſcriptio inducta per ſtatutum, non currit contra minorē, vt damnum patiatur.

**Etiam.** Aduerſus preſcriptionē cōpletā, duꝫ quis erat in vtero, reſtituit. hoc dicit. ¶ Opponit, res pupilli nō poteſt vſucapi. ī. de acqr. rer. domi. l. bone fidei. Sol. verum eſt, q̃ð nō poteſt in
1 cipi vſucapio cōtra pupillū, ſed cepta ꝯ contra maiorem, bñ perficitur contra pupillum. Facit ī. de fundo dotali. l. ſi fundum. ¶ Contra hoc oppo. quod hodie non currat preſcriptio cōtra minorem. C. in quib. cau. in integ. reſtitu. nō eſt neceſ. l. vlt. Sol. Gl. noſtri vbiqꝫ tenēt, quod illa lex loquitur in vſucapionib᷒, que contra ipſum minorem incipiant. In his vero que ceperūt contra maiores, iura antiqua nihil mutant, & ſic remanet incorrecta hec lex, & l. j. C. ſi aduerſus vſucapi. Alij dicūt q̄ preſcriptio non currit ipſo iure in minoribus, etiam incepta ꝯ maiorem. Dormit enim tempore minoris etatis. l. ſicut. C. de preſcri.
a xxx. anno. Sed hoc tenent Ultramontani per rationem dicte l. vlti. cum dicit, melius etenim eſt intacta eorum iura ſeruari, &c. Sed certe, quod vſucapio dormiat, nō reperimus, niſi in preſcriptione xxx. annorum. d. l. ſicut. ideo doctores noſtri cōiter tenent gl. quod quando vſucapio incipit contra maiorem, currit contra minorem, ſed reſtituitur, vt hic, & l. j. C. ſi aduer. vſucapio. ¶ Oppo. de l. Emilius. ꝟ. eod. vbi ſi cepit contra maiorem, currit ſine ſpe reſtitutionis. Sol. Dicit gl. ibi loqͥ in preſcriptione conuentionali, hic in preſcriptione legali. Uide eam
b & no. Iſta eſt bona ſolutio, vt ī. dicā. Alij volentes fugere [b] omnia predicta dicunt quod hic vſucapio fuit completa contra illum, quia iſte erat adhuc in vtero, nec pro nato habetur, qꝛ eſſet in odium ſui. Curreret enim preſcriptio contra eum, & non reſtitueretur. Iſtud non placet, quia ſic intelligendo nō reſtitueretur iſte ex edicto, de minoribus, ſꝫ ex edicto ex quib᷒ cau. ma. ex clauſula illa, ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videb̄r, ſed hic reſtituitur ex tit. de minoribus. Quod apparet, qꝛ hic ſituata ē hec lex, ergo, &c. Dico ergo, q̃ð habetur pro nato, & preſcriptio currit contra eum, & reſtituitur ac ſi natus eſſet, & hoc ī preſcriptione legali, ſecus in conuentionali, vt dixi. Ratio, quia reſtitutio, que conceditur ex hoc titulo, conceditur ex eo, quod cum minore geſtum eſt. l. ait pretor. in prin. ꝟ. eodem. Sed ſi vſucapio cōpletur cōtra minorem, ipſe minor videtur tranſtuliſſe dominiū in vſucapientē. l. alienationis. ī. de verbo. ſig. merito cum eo eſt geſtum, ideo reſtituitur. Simile in l. ſi intra. C. ð nō nume. pec.
c Nam ante biennium nō eſt nata naturalis obligatio. Si igitur biennium perficitur in perſona minoris, & ipſe minor obligatur naturaliter, merito cum eo geritur, & reſtituitur. Ita intelligit illam legem glo. in l. auxilium. ꝟ. eo. & l. vlti. C. in quib. cau. in integrum reſtitutio non eſt neceſſa. Sed in preſcriptione cōuentionali, ſi venditor exercet pactum legis commiſſorie, vel vendidit pignus conuentionale, hoc facit ex poteſtate ſibi data per debitum, & illa ē proxima cauſa, & ſic cum minore nihil dicitur geri. Secus ſi cum eo aliquid gereretur. d. l. Emilius. ver, dicebam.
2 et ideo in preſcriptione conuentionali dic vt d. l. Emilius. ✝ In preſcriptione legali dic, aut loquimur in preſcriptione xl. ann. & illa currit excepta pupillari etate, ſꝫ minor reſtituitur. C. in quibus cauſis in integrum reſtitutio non eſt neceſſa. l. vlti. & de preſcrip. xxx. ann. l. ſicut. Aut loquimur in alijs, & tunc quedā ſunt preſcriptiones, que de iure antiquo currebant ſine ſpe reſtitutionis, & tūc idem eſſet hodie, vt ſupra eo. l. auxilium. facit. l. interdum. ꝟ. eo. & C. ne de ſtatu defun. l. ſi mater. Quedā ſunt preſcriptiones, que de iure antiquo nullo mō currebant ꝯ minorem. l. bone fidei. de acqui. rerum domi. & iſte hodie etiam nō currunt. Quedam ſunt preſcriptiones, que olim currebant, ſed reſtituebantur minores, & tunc aut iſte ſunt preſcriptiones iudiciales cōſtitute a lege, vel a iudice, & nihil eſt hodie immutatū, vt l. properādū. in fi. de iudicijs. & in auť. de appell. & intra que tempora ſ. primo. & ſupra eodē. l. & ſi fine. ſ. penultimo & ſi. & ibi nota. in l. vlti. C. ſi aduer. rem iudica. & in l. vlt ma. C. in quibus cauſis in integrum reſtitu. non eſt neceſſa. & in l. auxiliuꝫ. ſupra
d eod. Idem in tēpore conficiendi inuentarium, [d] vt in auť. de hered. & Falc. ſ. penul. Aut loquimur in alijs preſcriptionib᷒, & tunc aut incipiunt contra minores, & hodie ipſo iure nō currūt, vt dicta l. ſi. in quib. cauſis in inte. reſtit. non eſt neceſ. Aut contra maiorem incipiunt, & terminantur cum minore iam nato, vel exiſtente in ventre, & tunc currit, ſed reſtituitur, vt hic, & l. j. ſi ad
3 uer. vſuca. ¶ ✝ Quero quid in preſcriptione, q̃ inducitur ex teſtamento, an currat contra maiorē? Uide textuꝫ, quod ſic, ꝟ. eo. l. tertia ſ. & ſi heres. Solū ergo illa l. fin. corrigitur in preſcri-
4 ptionibus legalibus. ¶ ✝ Quero quid [e] in preſcriptionibus,
e que introducūť per ſtatuta, [f] an currant contra minores? Inno.
f extra eo. c. conſtitutus. tenet quod ſic. Et aſſignat rationem, qꝛ d. l. vltima, non potuit cogitare de ſtatutis, que adhuc nō erāt, & ita dicit ipſe, quod eſt caſus in d. c. conſtitutus. Breuiter hec queſtio ſtat in hoc, vtrum ſtatuta, que dicunt preſcriptionē currere ſimpliciter, reſtringatur ſolum contra maiores? Breuiter ego dico quod ſtatuta recipiunt interpretationem reſtrictiuā, quando aliās quis damnū pateretur indebite. l. ij. de nota. dixi plene in l. omnes populi. ꝟ. de iuſti. & iure. Sed in propoſito minor damnificaretur indebite, ergo nec preſcriptio currit, nō autem recipiunt ſtatuta interpretationē reſtrictiuam, vt aliquis lucretur. l. proſpexit. in prin. ī. qui, & a quibus. & ideo cū preſcriptio ſtatutaria, de qua ſit mētio in d. c. cōſtitutus, erat ad lucrū & currit minoribus, quia illo caſu ſtatutum nō reſtringitur, ſed ſi per preſcriptionem minor damnum pateretur, tunc ſtatutum reſtrigeretur, vt dixi. Nec ob. quod dicit quod lex vltima nō cogitauit de ſtatutis, que adhuc non erant, quia fateor quod non cogitauit in ſpecie, ſed in genere de omnibus preſcriptionibus que introducerentur. facit l. ſi miles. infra de teſta. mili. Quod apparet, quia iſta lex extenditur ad preſcriptiones, que introducte fuerunt per ius Authenticorum, quod tunc tēporis non erat. De hac materia dixi plene in d. l. omnes populi. dum tractaui de ſtatutis in interpretatione reſtrictiua.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Sed hoc tenent. Uide Feli. c. placuit. de preſcri. in verſic. quero quid in preſcri in ver. videtur hic queſtio. Uide Romanum conſi. xxxviij. in ij col.

b ALEX. ¶ Alij fugere volētes. Facit tex. cū gl. an iacēte hereditate currat preſcriptio, vt alle. Bal. ī l. ſi. ī ī q. cau. ī īteg. reſtit. nō eſt neceſ. & no. ī l. ea que. C. de temp. in integr. reſt. peten. & ibi not. Bal. quid ſi dat᷒ eſt curator hereditati ad hoc, quia ea iacēte, vel ſede vacāte, nō currit preſcriptio. c. j. & ij de preſ. no. Bar. in l. naturaliter. ī. de vſucap. & adde que no. Bar. in l. ſi is q pro emptore, de vſucap. per Bald. in l. ſi intra. C. de non nume. pe.

c ALEX. ¶ Nata naturalis. Idē tenet Bar. in l. ſi. C. in qui. cau. in inte. reſt. nō eſt ne. ſed Bar. ī l. j. ī. de cōd. inde. & in l. cū quis. C. de iur. & fac. igno. tenet contrariū, videlicet, quod etiam poſt biēnium non naſcitur naturalis.

d ALEX. ¶ Conficiendi inuentariuꝫ. Nam currit minori. Uide gl. ī l. auxiliū. ꝟ. e. Sed Ia. de Bel. vt refert Bal. in c. j. ſ. ꝓtorē. de phi. feu. ali p Federicū, opponit ad d. ſ. pupill᷒. de hered. & Fal. de tex. in d. ſ ſi vnū de pred. in auť. vt cum de ap. cog. vbi ad hoc vt penam legis patiatur cū effectu, debet eſſe minor xviij. an. Et reſpondet dicens, quod aut adult᷒ legem ſpreuit in iure naturali, vel communi, & tunc maior xviij ann. non reſtituitur in integrum. aut iure ciuili, & tunc reſtituitur, quod eſt valde no.

e AND. BARB. ¶ Quero quid. Adð Bar. ī cōſ. inci. q̃ritur an ſtatutum, vbi tenet quod ſi ſtatuto cauet quod cauſe ꝯpromittātur, non intelliguntur pupilli: ſecus ſi cogerētur cōpromittere in arbitratorē. Uide omnino Ang. in l. tutor. de iureiu. & vide Bar. in l. omnes populi. de iuſt. & iur. & in j. conſt. C. & l. ābitioſa. de decre. ab ordi. fa. Et an tutor poterit petere tantum compromitti, quādo arctatur a ſtatuto, vide Bar. ī cōſi. nūquid tutor.

f ALEX. ¶ Per ſtatu. An preſcriptio ſtatutaria currat minori. vide Bal. in l. ſi. C. in qui. cau. in integ. reſti. non eſt neceſ.

LEX XLVII.

**Imperatores.** Poteſt minor prius agere cum tutore, quam cum contrahente, & ecōtra. h. d. ¶ Opp. de l. properādū. ſ. finali. C. de iudi. Sol. ſpeciale eſt ibi, ſecundum veram opin. in inſtantia iudicij, licet aliq̃ cant aliter, vt Ultramontani, quorum opi. eſt contra l. ſi minoris. ī. de admi. tuto. ſi bene inſpiciatur.

LEX XLIX.

**Etiam qui.** In integrum reſtitutio non tranſit ad defenſorem ſine mandato.

LEX XLIX.

**Tutor.** Denūciatio eius, q non habet ius denūciādi non cōſtituit aliquem in mala fide. Item etiā ꝯ bone fidei cōtractū, minor reſtituiť. h. d.

§. **Curator.** Si per reſtitutionem a parte cõtractus receditur, poteſt ille, cõtra quem agitur, a toto recedere, hoc dicit.

LEX XV.

**MInor.** Reſtituto fideiuſſore non videtur reſtitutus principalis, hoc dicit.

§. **Minor.** Per reſtitutionem nõ reuocatur libertas cõceſſa per emptorẽ. h. d.

§. **Mulier.** Aduerſus pactum circa dotem appoſitũ minor reſtituitur, hoc dicit.

LEX XVI.

**SI res.** Aduerſus venditionẽ validam minor reſtituitur. hoc dicit. ¶ Querit gloſ. de quibus rebus loquitur. Reſpõ. qđ poteſt ĩtelligi de iure antiquo, ⁊ de iure nouo, tene illam, que loquitur de his, que ſeruando ſeruari non poſſunt, in quibus minor reſtituitur demum, ſi patitur grande damnum.

LEX XVII.

**IUnius.** Minore reſtituto, reſtituitur actio in priſtinũ debitorẽ, ĩ eo ſtatu, ĩ quo erat tẽpore nouationis, hoc dicit. ¶ Opp. ĩ. de fideiuſ. l. ſi Titi⁹. Sol. Iſtud ꝓpter fraudẽ creditoris. ¶ Opp. quod prior debitor nõ fuit liberatus, l. j. in fi. de noua. Sol. glo. ⁊ dic vt ĩ ea. ¶ Oppo. ĩ. ad Velle. l. debitrix. §. fi. Sol. vt in glo.

---

De capitis diminutione. Rubrica VI.

¶ Dictum eſt de reſtitutione in integrũ, que fit a pretore cõcedẽte actiones ad hoc, vt ſ. dixi, de dolo, ⁊ in titu. qđ metus cau. Item de reſtitutione, que cõcedit̃ per officium iudicis, vt in tit. preceden. Eſt quedam alia reſtitutio, que fit a pretore reſtituente actionem ipſo iure, vt quãdo prima actio parit capitis diminutionem, de qua loquitur iſte titu. ⁊ ĩ. declarabo.

LEX PRIMA.

**CApitis** Opponitur infra ad ſenatuſcõſultum Macedonianum. l. iiij. §. finali. Solutio, Intellige hic immutatum ſtatum, facto hominis interueniente, vt in gloſſa.

LEX SECVNDA.

**PErtinet** Hoc edictũ habet locum in capitis diminutione, que ſalua ciuitate contingit, nõ ĩ aliis. h. d. Vel breuius, Hoc edictũ habet locum in minima capitis diminutione tãtũ, hoc dicit. Not. tex. qui dicit, neq; poſſint hi penitus cõueniri, quod illi, q amittunt ciuitatem, conueniri non poſſunt. Facit ad id, quod dicam in l. amiſſione. ⁊ in l. tutelas. in fine. ĩ. eodem.

a §. **Ait pretor.** [a] Primo quero quã reſtitutionẽ continet iſte tit? Reſpõ. gl. not. debes ſcire, qđ ſecũdum rigorem iuris, qñ aliquis capite minuitur, videtur alius homo, ⁊ ideo a prima obligatiõe, ⁊ actione liberat̃, vt ĩ. l. pri. §. fi. ſed q: naturalit̃, ⁊ vere eſt idẽ homo, p̃tor, q eq̃tatẽ naturalẽ ſequit̃, per hoc edictũ reſtituit ꝯ eũ actionẽ primã vtilẽ, vel ĩ factũ. ¶ Quero ſecũdo in quo differt hoc edictũ, ab edicto quod cũ eo? Reſpon. per hoc reſtituitur actio in capite minuto, vt dixi: per illud hec actio reſtituta limitatur, vt in caſib⁹ ibi expreſſis, non detur, niſi quatenus facere poteſt, vide glo.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Ait p̃tor. De capitis diminutione vide Ioã. And. in c. j. de obligat. ad ratiocinia.

§. **Hi qui.** Capitis diminutio non liberat quẽ a naturali obligatione, nec eum impedit poſt ciuiliter obligari, hoc dicit, quem caſum nota.

§. **Nemo.** Capitis diminutio nõ tollit actiones ex dinicto deſcendentes, h. d. Et licet glo. vacillet ne intellectu huius §. tamen debet intelligi de actu, ſeu obligatione naturali ⁊ etiam ciuili. l. tutelas. §. iniuriarum. ĩ. eodem.

§. **Ei qui.** Arroganti non reſtituitur actio per hoc edictum. hoc dicit.

LEX III.

**LIberos.** Arrogatione patris filij capite minuuntur. hoc dicit.

§. **Emancipato.** Emancipatione capitis diminutio contingit. Item qui caput non habet. illud non mutat. hoc dicit.

LEX V.

1 ☞ Bannitus noſtri temporis an equiparetur deportato.
2 Bãnitus alicuius ciuitatis nõ perdit niſi iura illius ciuitatis.
3 Bannitus quando quis poſſit facere teſtamentum, heres inſtitui, ⁊ ſuccedere ab inteſtato.

a **AMiſſione** [a] **Ciuitatis fit.**

* §. **Qui deficiunt.** [*] Qui ciuitatẽ Romanã pdant, capite minuuntur. h. d. In hac l. in verſi. qui deficiũt, videtur caſus,
1 † quod banniti equiparantur deportatis. nam deportati amittunt omnia, que iuris ciuilis ſunt, vt hic in pricipio, ⁊ ĩ ver. relegati. Ita banniti, hoc eſt, qui deficiunt ab his, ſub quorũ imperio, ⁊ iuriſdictione ſunt, perdũt ea que iuris ciuilis ſunt, vt hic in §. qui deficiunt. Et ſic videtur probari gl. que eſt in §. rele-
b gati. Inſti. qui. mod. ius pat. pot. ſol. Ego tñ de hoc diſputaui vnã queſtionẽ Piſis, q̃ incipit, Lucane ciuitatis, ⁊c. Et determinaui ſic, q̃ ille qui eſt banit⁹ imperij, equiparat̃ deportato, ⁊ perdit ea que ſunt iuris ciuilis, vt hic. Et ita intelligũtur iura noua, que dicũt, banno imperiali ſubiaceãt, hoc eſt, iura ciuilia perdant, vt in aut̃. itẽ nulla cõmunitas. C. de epiſco. ⁊ cleri. ⁊ in
2 multis aliis. Sed ille, † q eſt bannitus alicuius ciuitatis, vel regni, nõ pdit ea q̃ ſunt iuris ciuilis ciuiũ Romanorũ, ſed ea que ſunt ꝓpria iura illius ciuitatis, vel regni, ſicut hic nõ pdit ea, q̃ ſunt iuris gentiũ cõmunia omnib⁹ gentib⁹. l. quidã ſunt [illegible] nis. ſed ea que ſunt ꝓpria ciuiũ Romanorũ illa perdit. Ita bannitus ciuitatis alicuius pdit ea, que ſunt ꝓpria ciuitatis illius, non ea que ſunt communia omnibus, qui ſunt ſub Romano imperio. Ita ſentit Iacob⁹ de Are. in l. ex facto. ĩ. ad Trebel. Aduertendum tamen eſt, quod ad hoc vt talis bannitus perdat ea que ſunt ciuitatis illius, duo requiruntur, ſcilicet, quod iſte fuerit inobediens, ⁊ aufugerit ab illius imperio cui ſubeſt, ⁊ ſic fit
c bãnitus. Item, q̃ [c] in hoſtium numerũ ſe conferat. Iſta duo po-
d nuntur [d] hic. Conferre autem ſe in numerũ hoſtiũ intelligo, vt cunque eſt talis bãnitus, qui per formã ſtatuti poteſt ipune offendi. Nam cum ſtatutum permittit eum offendi impune, indicit ei bellum, ⁊ habet eum pro hoſte. l. hoſtes. ĩ. de capti. ⁊ l. iij. ĩ fi. ĩ. ad legem Corne. de ſica. Sed ſi eſſet bãnitus, nõ tamen haberetur vt hoſtis, nec poſſet offendi ex forma ſtatuti, tũc non dicerẽ eum
3 perdidiſſe ea, que ſunt ciuitatis ſue. † Et ex predictis ſequit̃ deciſio multarũ queſtionum, de quibus cõſueuit dubitari, an bãni-
e tus poſſit facere teſtamẽtũ, [e] an poſſit inſtitui, an ſuccedat ab inteſtato, ⁊ ſimilia. Nã ſi loquimur de bãnito, qui non poteſt offendi impune, non eſt dubium, q: nihil perdit: ſi de alio, ⁊ tunc ſi quidem vellet facere teſtamentum, vel inſtituere in teſtamento valido tãtum ſecundum ſtatutũ illius ciuitatis ſue, cuius iura perdidit, nõ valeret. Sed ſi fieret de iure cõmuni, valeret, quia iura communia non perdit. Eodem modo, ſi hereditas ab inteſtato
f delata ſit, [f] ſecundum formã illorũ ſtatutorũ nõ capit. Sed ſi de iure communi, licet tamen ea retineat que ſunt iuris cõmunis, tamen volens petere coram iudice non audiretur. vt ĩ. ti. ſed ⁊ ſi per pretorẽ. §. ſed ⁊ ſi cum decreto. Et idem dico per omnia in his, qui ſunt effecti hoſtes ex vigore alicuius reformationis, vel ipſa lege lata, vt hac lege dicit̃. ¶ Quero, licet iſti perdant ciuitatẽ, ⁊ ipſi nõ poſſint petere neque acquirere, an aliqui teneant̃, vt ipſi poſſint cõueniri, dicã ſtatim ĩ. eo. l. tutelas, ĩ fine.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Amiſſione. Ad declarationem huius legis eſt videndus Bar. in extraua. qui ſint rebelles, in verſic. ex tenore.
* CLAVD. ¶ Deficiunt. Vide pulchram queſtionem quam per hunc text. determinat Roma. conſi. ccccliiij. dubio j.
b ALEX. ¶ Diſputaui. Vide Bal. ĩ l. j. ĩ ix. q. C. de here. iſti. ⁊ in l. j. C. de ſac. ſan. eccl. ⁊ ĩ l. Gall⁹ §. ⁊ quid ſi tãtũ, de libe. ⁊ poſthu. ⁊ Ange. ĩ l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ĩ. ſolu. mat. ⁊ in l. ex facto. §. ex facto. ĩ. ad Treb. ⁊ in diſpu. que incipit, Bononie bannitus. Vide Bal. in l. iij. C. ſi pend. appella. mors interue. ⁊ Saly. in l. j. C. de here. iſti. ⁊ Bal. in l. vt vim. ĩ. de iuſti. ⁊ iure. ⁊ vide q̃ dixi in l. ij. de requi. reis. Poſt Bar. ⁊ quod not. Bar. ĩ l. cũ mulier. ſol. ma. ⁊ Imo. in l. ſi cum dotem §. ſi pater. in princ. ⁊ Bal. i c. domino guerram, hic finit lex Corra. de ide inci. cõſue. re. Alleg. gl. hic, quod lex poteſt pro furto quem bannire, vel ad mortẽ damnare, quando impunitas delicti pendet extrinſecus.
c POMA. ¶ Item quod. Bannitus non dicitur hoſtis, niſi indicatur mors a ſtatuto, vide Dec. l. veluti. ſ. de iuſti. ⁊ iur.
d ALEX. ¶ Conferat. Sed vtrũ ſtante tali ſtatuto, poſſit bannitus ſemel occidere? Bal. tenet quod non, per ibi not. in gloſ. in l. j. C. de ſer. fugi. quia non eſt in bãno ſuſpſius. Facit l. liber. ad leg. Aquil. quod bene not. ibi, ſed ſi eſſet bannitus, non tamẽ haberetur, ⁊c. Vide quod not. Bald. in authentica, ⁊ omnino. C. ne vxor pro marito.
e ALEX. ¶ Facere teſtm̃. An bannitus poſſit facere teſtm̃, vide Bar. ĩ l. j. C. de hr̃. iſti. Adđ q̃ dixi poſt Bar. ĩ l. ſi victũ. de re iudi. ⁊ no. pulchre Bar. ĩ l. ſi qua. de his q ſunt ſui, vel alieni iur. ⁊ Ang. ⁊ Imol. in l. Gallus. §. ille caſus, de lib. ⁊ poſthu. ⁊ Bald. in l. j. C. de hered. inſti. ⁊ ibi Bartolus, ⁊ an eis ſuccedatur, vide Bald.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN